μων θεός. μετὰ τοῦτον Λάμις τῶν Ἀσσυρίων ἐβασίλευσεν, εἶτα
Σαρδανάπαλος ὁ μέγας, ὃν καὶ ὁ Διὸς καὶ Δανάης υἱὸς Περσεὺς
ἀποκτείνας, καὶ ἀπὸ Ἀσσυρίων τὴν βασιλείαν ἀφελόμενος, εἰς τὸ
ἴδιον ὄνομα Πέρσας μετωνόμασεν αὐτούς, καὶ ἐβασίλευσεν αὐτῶν
ἔτη νγ΄.

Μὴ λανθανέτω δὲ μηδένα ἀνθρώπων τῶν ἀληθείας ἀντι-
ποιουμένων, ὅτι Πῖκος οὗτος ὁ Ζεὺς πάντων ἀνθρώπων τῶν ἀπ'
P 17 αἰῶνος ἐξεγηγερμένων πλάνων, γοήτων, φαντασιαστῶν, μάγων
δεινῶν, μυσαρῶν, τελεστῶν ἐκτόπων, αὐτὸς ἦν μυσαρώτερος καὶ

1 αὐτά?

mandavitque Persis ut ossa sua ex incendio legerent ac custodirent atque venerarentur, promittens regnum ex ipsorum natione ablatum non iri quamdiu ea colerent. eo itaque fulmine in cineres redacto reliquias eius Persae coluerunt, donec iis neglectis regnum etiam amiserunt. ceterum Nino Iovis fratri Thurus in regnum Assyrium successit. hunc Zamis pater, frater Rheae, Martem nomine planetae appellavit. erat autem acer valde et superatu difficillimus bellator. is Caucasum, potentem hominem et gigantigenam, ex Iapeti dicionibus profectum aggressus bello vicit et occidit, eiusque dicionem occupavit. post in Thraciam venit, ibique vita functus et tumulatus est. huic Marti primo statuam posuerunt Assyrii, atque ut deum adoraverunt, Baalum nominantes; quod sonat Martem bellorum deum. post hunc Lamis Assyriis imperavit. ei Sardanapalus cognomento magnus successit, quem Perseus Iovis ex Danae filius interfecit; regnoque Assyriis adempto eos a se Persas denominavit, iisque per 53 annos imperavit.

Neque vero quisquam veritatis studiosus ignoret Picum istum, qui et Iuppiter dicitur, omnium quotquot ab omni aevo exstiterunt impostorum, praestigiatorum, falsis imaginibus ludentium, diris atque abominan-

δραστικώτερος καὶ βδελυρώτερος, μοιχείαις καὶ ἀνδρομανίαις καὶ
ἀρρητοποιίαις τε πάσαις καὶ μιαρίαις καὶ ἀκαθαρσίαις καὶ πάσαις
ἀθεμιτουργίαις καὶ αἰσχρουργίαις ἐναγεστάταις ἐκ νηπίου ἕως ἑκατὸν
εἴκοσι χρόνων τῆς ζωῆς αὐτοῦ (τοσαῦτα γάρ φασιν αὐτὸν ζῆσαι)
ἰσχολακώς, πάντας τοὺς πρὸ αὐτοῦ καὶ μετ' αὐτὸν ἀθεμίτους ὑπερβα-
λών. πνεῦμα γὰρ θεομάχον καὶ ἀκαθαρτότατον πάντων πνευμάτων
πονηρῶν ἦν ἐπ' αὐτῷ, ὃς ἐπὶ πλείους χρόνους τῆς Ἰταλίας βασι-
λεύσας δι' ὑπερβολὴν τοῦ ὑψίστου καὶ μόνου θεοῦ μακροθυμίας, B
καὶ πάσας κόρας ὡραίας, ὅσας λίχνοις εἶδεν ὀφθαλμοῖς, δια-
φθείρας, εἰς ό ποσουμένας, καὶ ταῖς πολλαῖς αὐτῶν μετὰ φαν-
τασιῶν ἀρρήτων καὶ μυστικῶν συναπτόμενος, οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ καὶ
ταῖς πλείοσι τῶν αὐτοῦ θυγατέρων, θεὸν φημίζεσθαι τοῦτον καὶ
ἀνακηρύττεσθαι τοῖς πολλοῖς ἀνέπεισε. καὶ τὸ δὴ χεῖρον ἔτι τού-
του καὶ ἀτοπώτερον, ὅτι καὶ μετὰ τὴν αὐτοῦ τελευτὴν καὶ ταφὴν
τὴν ἐν τῇ Κρήτῃ, κατὰ πρόσταξιν αὐτοῦ, οἱ οἰκεῖοι αὐτοῦ ναὸν
καὶ μνημεῖον οἰκοδομήσαντες κατέθαψαν, ᾧ καὶ οὕτως ἐπέγραψαν
"ἐνθάδε κεῖται θανὼν Πῖκος ὁ καὶ Ζεύς." καὶ μετὰ ταῦτα ἡ τοῦ C
θεομισοῦς αὐτοῦ καὶ ὑπερηφανοῦ πνεύματος ὀσμὴ τὴν οἰκουμένην
διατρέχουσα, βασιλέων τε καὶ ἀρχόντων καὶ λαῶν ἀσυνέτων καὶ
ἐθνῶν καρδίας πληρώσασα, ἕως τῆς τοῦ λόγου θεοῦ σαρκώσεως
καὶ ἐπὶ τὰ ἔθνη δι' ἀποστόλων ἁγίων καὶ μαρτύρων ἀναδείξεως
πᾶσαν ψυχὴν ἀγνοίᾳ καὶ ἀσεβείᾳ κρατουμένην εἰς λατρείαν καὶ
προσκύνησιν τοῦ ψευδωνύμου θεοῦ τούτου τοῦ Διὸς προετρέπετο

dis artibus magicis utentium, sacrificia ab usu hominum abhorrentia obeuntium, turpitudinem atrocitatem impuritatemque superasse: quippe iam inde a pueritia adulteriis, mares depereundo, dictu foedis libidinibus ac factis, omnis generis obscoenitate atque impuritate ac quibusvis flagitiis impiisque supra quam dici potest sceleribus deditus, usque ad annum 120 (tot enim vixisse fertur) turpissimam vitam produxit, prioribus posterisque omnibus qui scelerate vixerunt a se ea re superatis. nam spiritu deo adversante omniumque spirituum malorum impurissimo agebatur. is Picus cum per tam multos annos, deo longanimitate summa hoc sustinente, Italiam rexisset, omnesque formosas puellas, quascunque mollibus suis oculis viderat, corrupisset, quarum numerus ad 70 colligitur, quasdam etiam infandis ac mysticis apparitionibus delusas, cumque adeo plerasque suas filias vitiasset, malus ille spiritus multitudini tamen persuasit ut eum deum pronuntiarent. id vero deterius adhuc est et absurdius, quod cum mortuus et (quod mandaverat) in Creta sepultus esset, ubi necessarii ei humato fanum ac monimentum exstruxerunt cum hac inscriptione "heic situs est Picus, qui et Iuppiter, mortuus," postmodo odor deo inimici illius ac superbi qui eum rexerat spiritus, orbem terrarum cursu pervagatus, regum principum populorum gentiumque stolida corda implevit, ut animis inscitia atque impietate occupatis hunc falso nominatum deum Iovem, aliosque huius similes et cognatos daemo-

καὶ τῶν ὁμοίων αὐτοῦ δαιμόνων καὶ συγγενῶν. εἶναι δὲ τὴν τούτου μητέρα Σεμίραμιν καὶ αὐτὸν τὸν Δία καὶ τὴν γενεὰν αὐτοῦ κατὰ τοὺς χρόνους ἱστοροῦσι τοῦ Ἀβραάμ· ἔπρεπε γὰρ τοῦ δια-
D *βόλου εἰς λύμην πολλῶν τὴν κατὰ τὸν ἔχθιστον τοῦτον Δία γενεὰν ἐκλεξαμένου, τότε καὶ τὸν θεὸν τὸν ἀληθῆ εἰς πολλῶν σωτηρίαν τὸν δίκαιον καλέσαι Ἀβραάμ. οὗτος ὁ Ζεὺς πρὸς τοῖς ἄλλοις υἱοῖς ἔσχε καὶ Φαῦνον καὶ Περσέα καὶ Ἀπόλλωνα· ἀλλὰ τὸν μὲν Φαῦνον ἐπ' ὀνόματι τοῦ πλάνητος ἀστέρος ἐκάλεσεν Ἑρμῆν, ὃς καὶ μετὰ τὴν Διὸς τελευτὴν ἐβασίλευσε τῆς Ἰταλίας ἔτη τριάκοντα πέντε, ἦν δὲ πανοῦργος ἀνὴρ καὶ μαθηματικὸς καὶ λογιώτατος. ἐπεὶ δὲ ὑπὸ τῶν ἄλλων ἀδελφῶν ἐπεβουλεύθη (αὐτὸς γὰρ Μαιάδος γυναικὸς ἦν υἱός, ἣν πρώτην ἔσχεν ὁ Ζεὺς ἐν Ἰταλίᾳ, Ἀλκμή-*
P 18 *νην δὲ τὴν Θηβαίαν μετ' αὐτήν, ἐξ ἧς τὸν τριέσπερον ἔσχεν Ἡρακλέα), πολὺν χρυσὸν ἐγκολπωσάμενος εἰς Αἴγυπτον ἦλθε, καὶ τῇ τούτου ἐπιδόσει καὶ τῷ λόγῳ καὶ τῇ μαντείᾳ καὶ τοῖς χρησμῳδήμασιν ἀγαπηθεὶς καὶ ὑπ' αὐτῶν ἀποθεωθείς, Μέστρεμ τοῦ υἱοῦ Χὰμ τοῦ ἐκεῖ βασιλεύοντος ἀποθανόντος εὐθὺς ἀναγορεύεται, καὶ ἐν ὑπερηφανίᾳ καὶ τῶν μελλόντων προρρήσει ὡς θεὸς κλεϊζόμενος ἐπὶ λθ' ἔτη Αἰγύπτου βασιλεύει. ὁ δὲ Ἀπόλλων πνεύματι Πύθωνος ἐκ νεότητος κάτοχος ὢν ἕως τελευτῆς αὐτοῦ, οὐδὲ μετὰ τελευτὴν αὐτοῦ τῆς φληναφείας ἐπαύσατο ὁ πονηρός· ἔστι γὰρ τοῦτο εἶδος πνεύματος μαντικώτατον, πολλὰ μὲν ἀληθῆ, τὰ δὲ πλεῖστα*

nes, divino cultu atque adoratione eo usque honorarent, dum verbum dei carnem induit, idque gentibus beatorum apostolorum ac martyrum ministerio innotuit. narrant hunc Iovem ac matrem eius Semiramidem reliquumque eius genus Abrahami aetate exstitisse. conveniebat enim ut quam aetatem diabolus ad perniciem multis opera invisissimi istius Iovis struendam delegerat, eadem etiam verus deus salutis multorum causa iustum Abrahamum vocaret. Iuppiter cum alios filios, tum Faunum Perseum et Apollinem habuit. ac Faunum quidem desumpto ab errante stella nomine Mercurium appellavit; isque a morte Iovis regnum Italiae annos 35 tenuit. homo fuit versutus, mathematicus, disertissimus. cum vero insidiis reliquorum fratrum peteretur (filius enim Maiadis mulieris erat, quam in Italia primam habuit uxorem Iuppiter; ac post eam Alcmenem Thebanam, quae ei trivesperum Herculem peperit) magna vi auri suffarcinatus in Aegyptum venit. ibi ob auri eius largitionem facundiam divinandi scientiam et oracula gratiosus factus ac pro deo habitus, Mezromo Chami filio, qui regnum Aegypti tunc tenebat, mortuo subrogatur. ubi cum fastu et praedictione futurorum, deus appellatus, per annos undequadraginta id regnum gessit. ceterum Apollo, cum ab ineunte aetate spiritu Pythonis fuisset afflatus, isque spiritus ei per omnem vitam adfuisset, ne mortuo quidem eo istarum nugarum finem fecit diabolus. maxima divinandi facultate id genus spiritus pollet, multa vera, pleraque autem ambigua et ancipitia ob ignorationem di-

λέγον ἀμφίβολα καὶ ἀμφιρρεπῆ διὰ τὴν ἄγνοιαν. ὁ δὲ Ἡρακλῆς πρῶτος κατέδειξε φιλοσοφεῖν ἐν τοῖς ἑσπερίοις μέρεσι. τοῦτον ἀπεθέωσαν οἱ ἐκ τοῦ γένους αὐτοῦ μετὰ τὴν αὐτοῦ τελευτήν, καὶ ἐκάλεσαν ἐν τῷ οὐρανῷ ἀστέρα ἐπ' ὀνόματι αὐτοῦ. ὅντινα Ἡρακλέα ἐγγράφουσιν ἀντὶ χιτῶνος δορὰν λέοντος ἠμφιεσμένον καὶ ῥόπαλον φέροντα καὶ τρία μῆλα κρατοῦντα, ἅπερ ἀφελέσθαι αὐτὸν ἐμυθολόγησαν τῷ ῥοπάλῳ φονεύσαντα τὸν δράκοντα, τουτέστι νικήσαντα τὸν πονηρὸν καὶ ποικίλον τῆς ἐπιθυμίας λογισμὸν διὰ τοῦ ῥοπάλου ἤτοι τῆς φιλοσοφίας, ἔχοντα περιβόλαιον γενναῖον φρόνημα ὡς δορὰν λέοντος, καὶ οὕτως ἀφελόμενον τὰ τρία μῆλα, ὅπερ ἐστὶ τὰς τρεῖς ἀρετάς, τὸ μὴ ὀργίζεσθαι, τὸ μὴ φιληδονεῖν, τὸ μὴ φιλαργυρεῖν. διὰ γὰρ τοῦ ῥοπάλου, τῆς καρτερικῆς ψυχῆς, καὶ τῆς δορᾶς, τουτέστι τοῦ σώφρονος λογισμοῦ, ἐνίκησε τὸν γήϊνον τῆς φαύλης ἐπιθυμίας ἀγῶνα, φιλοσοφήσας ἄχρι θανάτου, καθὼς Ἡρόδοτος ὁ σοφώτατος συνεγράψατο, ὃς καὶ ἄλλους Ἡρακλεῖς ἱστόρησε γενέσθαι ἑπτά. B C

Ὁ γοῦν Ἑρμῆς γνοὺς τὴν κατ' αὐτοῦ συσκευὴν τῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ, ὡς εἴπομεν (περὶ που γὰρ τοὺς ο' ὑπῆρχον ἀπὸ διαφόρων γυναικῶν γεννηθέντες τῷ Διί), ἀνεχώρησεν εἰς Αἴγυπτον πρὸς τὴν φυλὴν τοῦ Χὰμ υἱοῦ Νῶε, οἵτινες ἐδέξαντο αὐτὸν ἐν τιμῇ· ὃς καὶ διέτριβεν ἐκεῖ ὑπερηφανῶν πάντας καὶ φορῶν χρυσῆν στολήν. καὶ ἐφιλοσόφει παρὰ τοῖς Αἰγυπτίοις, λέγων αὐτοῖς μαντείας· λογικὸς γὰρ ἦν φύσει. καὶ προσεκύνουν αὐτὸν Ἑρμῆν D

10 ἀφελόμενος P 11 ἄπερ P

cens. at Hercules in occiduis terrae partibus primus philosophiam instituit; quem mortuum ab ipso prognati in deorum numerum rettulerunt, sidusque in caelo nomine eius affecerunt. Herculem istum pingunt indutum loco vestis exuvio leonis, clavam ferentem ac tria tenentem mala, quae fabulantur eum dracone clava occiso abstulisse, hoc notantes, eum mala ac varia cupiditatis consilia clavae, hoc est philosophiae, ope vicisse, amictum veluti pelle leonis animo generoso; atque ita tria mala abstulisse, tres scilicet virtutes, quae sunt non irasci, non esse voluptatibus deditum, non esse cupidum pecuniae, clava enim animi tolerantis, ac pelle, id est temperantia, terrenum pravae concupiscentiae certamen vicit, philosophiam usque ad mortem colendo; quod de eo Herodotus, doctissimus scriptor, memoriae prodidit, alios quoque septem Hercules fuisse narrans.

Enimvero Mercurius cognitis, ut diximus, quae sibi a fratribus (erant autem Iovi ex diversis nati mulieribus filii circiter 70) tendebantur insidiis, in Aegyptum abiit ad stirpem Chami, qui erat filius Noe. ab iis est cum honore acceptus, ibique permansit omnes prae se despiciens et auream vestem gerens. philosophatus est autem apud Aegyptios, vaticinans, ut erat natura disertus. adorabatur ab iis, ac Mercu-

ὡς λέγοντα τὰ μέλλοντα καὶ διακονοῦντα αὐτοῖς τὴν τῶν μελλόντων ἐκ τοῦ θεοῦ δῆθεν ἀπόκρισιν καὶ παρέχοντα αὐτοῖς χρήματα· ὃν καὶ πλουτοδότην ἐκάλουν ὡς τοῦ χρυσοῦ θεὸν νομίζοντες.

Ἐν τοῖς μετὰ ταῦτα δὲ χρόνοις, ἐπὶ τῆς βασιλείας Φοίνικος, ἦν Ἡρακλῆς ὁ φιλόσοφος ὁ λεγόμενος Τύριος, ὅστις ἐφεῦρε
P 19 τὴν κογχύλην. μετεωριζόμενος γὰρ εἰς τὸ παράλιον μέρος τῆς Τύρου εἶδε ποιμενικὸν κύνα ἐσθίοντα τὴν λεγομένην κογχύλην, καὶ ποιμένα νομίζοντα αἱμάσσειν τὸν κύνα, ἀπὸ τῶν προβάτων πόκον ἐρέας λαβόντα καταμάσσειν τὰ καταφερόμενα ἐκ τοῦ στόματος τοῦ κυνός. ὁ δὲ Ἡρακλῆς προσεσχηκὼς καὶ ἰδὼν αὐτὸ βάμμα τι ἐξαίσιον ἐθαύμασε· καὶ γνοὺς ὅτι ἐκ τῆς κογχύλης ἐστίν, εἰληφὼς τὸν πόκον ὡς μέγα δῶρον προσήνεγκε τῷ βασιλεῖ τῆς Τύρου Φοίνικι, ὃς καὶ ἐκπλαγεὶς ἐπὶ τῇ θέᾳ τοῦ βάμματος ἐκέλευσεν ἐξ αὐτοῦ βαφῆναι ἐρέαν καὶ γενέσθαι αὐτῷ βασιλικὸν περιβόλαιον, ὃ περιβαλόμενος αὐτὸς πρῶτος ἐθαυμάζετο ὑπὸ πάντων· πρὸ τού-
B του γὰρ οὐκ ᾔδεισαν οἱ ἄνθρωποι βάπτειν χροιάς. μετὰ γοῦν χρόνους πολλοὺς οἱ Ῥωμαῖοι τὴν Φοινίκων χώραν κατασχόντες τὸ ἐξ ἀρχῆς ἀληθινὸν ἐκ τῆς κογχύλης σχῆμα βασιλικὸν ἐφόρεσαν. μετὰ δὲ Ῥέμον καὶ Ῥωμύλον Νουμᾶς βασιλεύσας Ῥωμαίων, καὶ δεξάμενος πρεσβευτὰς ἐκ τῆς χώρας τῶν λεγομένων Πελασγῶν φοροῦντας χλαμύδας ἐχούσας ταβλία ῥούσια καθάπερ οἱ ἀπὸ τῆς Ἰσαυρίας χώρας, καὶ τερφθεὶς τῷ σχήματι, ἐπενόησε πρῶτος ἐν τῇ Ῥώμῃ χλαμύδας φορεῖσθαι τὰς μὲν βασιλικὰς πορφύρας, ἐχού-

rius deus appellabatur, quod futura praediceret, ac divinitus nimirum de iis quae post essent eventura responsa administraret, pecuniamque suppeditaret; itaque etiam divitiarum datorem vocabant, pecuniae deum putantes.

Inferioribus temporibus Phoenice regnante, Hercules fuit philosophus cognomento Tyrius. is purpuram invenit. cum enim in eam Tyri partem ascendisset quae ad mare pertinet, pastoris canem vidit concham vorare; pastorem a cane sanguinem emitti putantem, lana ab ove accepta quod ex ore canis defluebat abstergere. at Hercules, qui rem observaret, tincturam eius lanae egregiam cum admiratione vidit; animadversoque liquorem eum ex concha ista fluxisse, lanam istam magni doni loco ad regem Tyri Phoenicem attulit. is spectaculo tincturae istius attonitus iussit hoc modo lanam tingi atque ex ea sibi regiam vestem parari; qua primus hominum indutus omnibus admirationi fuit. nam antea temporis colorum tincturam ignoraverant homines. longo post tempore Romani Phoenicia subacta veram et antiquae respondentem purpuram ad regium amictum adhibuerunt. Numa, qui post Romulum et Remum Romae regnavit, cum ad eum Pelasgorum legati venissent chlamydes gestantes praetextas coccino, quales etiam Isauri gestant, ea forma delectatus primus instituit ut a Romanis chlamydes gestarentur, a

σας ταβλία χρύσια, τὰς δὲ τῶν συγκλητικῶν καὶ τὰς τῶν ἐν ἀξίαις καὶ στρατείαις χλαμύδας ἐχούσας σήμαντρα τῆς βασιλικῆς φορεσίας, ταβλία πορφυρᾶ δηλοῦντα ἀξίαν Ῥωμαϊκὴν πολιτείας καὶ C ὑποταγὴν διαγωγήν, κελεύσας μηδένα εἰς τὸ αὐτοῦ παλάτιον εἰσελθεῖν συγχωρεῖσθαι ἄνευ τοῦ σχήματος τῆς τοιαύτης χλαμύδος.

Φοῖνιξ δὲ ὁ υἱὸς τοῦ Ἀγήνορος ἀνὴρ ἐγένετο σοφός, ὃς συνεγράψατο Φοινικοῖς γράμμασι τὴν ἀριθμητικὴν φιλοσοφίαν, ὑπεξέθετο δὲ καὶ ἀσωμάτους ἀρχάς, καὶ σώματα δὲ μεταβάλλεσθαι, καὶ τὰς ψυχὰς εἰς ἀλλογεννῆ ζῷα εἰσιέναι. οὗτος πρῶτος ἐξέθετο ταῦτα, ὡς Κλήμης συνεγράψατο ὁ σοφώτατος.

Μετὰ δὲ τὴν Ἑρμοῦ τελευτὴν ὁ Ἥφαιστος ἐπὶ τέσσαρα ἥμισυ ἔτη τῆς Αἰγύπτου ἐβασίλευσεν. ἦν δέ, φασί, πολεμιστής, ὃν συμπεσόντα τῷ ἵππῳ πληγῆναι τὸν πόδα καὶ χωλεύοντα ἄχρι D τέλους διαρκέσαι. ἀπεθεώθη δὲ ὁ Ἥφαιστος ὑπὸ Αἰγυπτίων διὰ τὸ νομοθετῆσαι μονανδρεῖν καὶ σωφρόνως βιοῦν τὰς γυναῖκας τῶν Αἰγυπτίων, τὰς δὲ μοιχευομένας τιμωρεῖσθαι, ἀλλὰ μὴν καὶ ὡς ὁ Πλάτων, πολεμικῶν καὶ γεωργικῶν ἐργαλείων τὴν ἐκ σιδήρου κατασκευὴν αὐτοῖς ὑποδείξαντα· λίθοις γὰρ καὶ ῥοπάλοις ἐπολέμουν πρὸ αὐτοῦ, τοῦτον δέ φασι διὰ μυστικῆς εὐχῆς τὴν ὀξυλάβην δεξάμενον ἐκ τοῦ ἀέρος, οὕτω τὴν χαλκευτικὴν Αἰγυπτίοις παραδοῦναι.

regibus purpureae, praetextae auro, a senatoribus et iis qui cum magistratu aut imperio essent aliae quae pro indicio regii gestaminis purpura essent praetextae; quo significaretur Romanae rei publicae dignitas et subiectio. edixitque ne quis sine huiusmodi chlamyde in palatium suum intromitteretur.

Phoenix Agenoris F. vir fuit sapiens, qui philosophiam de numeris conscripsit literis Punicis. exposuit etiam principia incorporea et corporum mutationes animarumque in alterius generis animalia migrationes. primus hic ista exposuit, ut Clemens homo doctissimus scriptum reliquit.

A morte Mercurii Vulcanus regnum Aegypti per annos quattuor cum semisse tenuit. ferunt hunc bellatorem fuisse, ac cum equo corruentem pedem fregisse, unde ad mortem usque claudus permanserit. in deorum numerum eum Aegyptii rettulerunt, quod lege lata ipsorum uxores uno viro contentas esse et pudice vivere iussisset, suppliciumque in adulteras constituisset. aut vero, ut Plato vult, quod eis bellicorum et rusticorum instrumentorum ex ferro fabricationem demonstrasset: ante ipsum enim lapidibus et fustibus praeliabantur. hunc mystica quadam precatione aiunt ex aëre forcipem impetrasse, atque ita Aegyptiis aeris fabricandi artem tradidisse.

Μετὰ δὲ Ἥφαιστον ὁ υἱὸς αὐτοῦ Ἥλιος καλούμενος ἐπὶ
P 20 εἴκοσι καὶ ἥμισυ ἔτη τῆς Αἰγύπτου ἐβασίλευσε, καὶ μετ' αὐτὸν Σῶσις, εἶτα Ὄσιρις, μεθ' ὃν Ὧρος, καὶ μετ' αὐτὸν Θούλης, ὃς καὶ ἕως τοῦ Ὠκεανοῦ πᾶσαν τὴν γῆν παρείληφεν. ἐπὶ δὲ τὴν Ἀφρικὴν ὑποστρέφων εἰς τὸ μαντεῖον ἐπυνθάνετο τίς πρὸ αὐτοῦ καὶ τίς μετ' αὐτὸν οὕτω δυνήσεται· ἀκοῦσαι δὲ τοῦ χρησμοῦ οὕτως "πρῶτα θεός, μετέπειτα λόγος, καὶ πνεῦμα σὺν αὐτοῖς· σύμφυτα δέ εἰσι τάδε, ὧν κράτος αἰώνιον. ὠκέσι ποσὶ βάδιζε, θνητέ, ἄδηλον διανύων βίον." τοῦτον εὐθὺς τοῦ μαντείου ἐξεληλυθότα οἱ
B ἴδιοι ἐν αὐτῇ τῇ Ἀφρικῇ κατέσφαξαν. μετὰ δὲ τοῦτον Σέσωστρις τῶν Αἰγυπτίων ἐπὶ εἴκοσιν ἔτη ἐβασίλευσεν. οὗτος Ἀσσυρίους καὶ Χαλδαίους καὶ Πέρσας ἕως Βαβυλῶνος ὑπέταξε, καὶ τὴν Ἀσίαν Εὐρώπην καὶ Μυσίαν καὶ Σκυθίαν. ὑποστρέφων δὲ δεκαπέντε χιλιάδας ἀνδρῶν νεανίσκων, Σκυθῶν μαχιμωτάτων ἐπιλέκτων, ἐν τῇ Περσικῇ γῇ κατῴκισεν. ἐπὶ τούτου Ἑρμῆν φασὶν ἐν Αἰγύπτῳ θαυμαστὸν ἄνδρα γνωσθῆναι καὶ φοβερὸν ἐπὶ σοφίᾳ· ὃς ἔφρασε τρεῖς μεγίστας εἶναι δυνάμεις τοῦ δημιουργοῦ τῶν ὅλων θεοῦ, μίαν θεότητα εἶναι εἶπε· διὸ καὶ τρισμέγιστος Ἑρμῆς κατωνόμα-
C σται. ὃς οὕτω πρός τινα Ἀσκληπιὸν αὐτοῖς ῥήμασιν ἔφη "ἦν φῶς νοερὸν πρὸ φωτὸς νοεροῦ, καὶ ἦν ἀεὶ νοῦς νοῦ αἴτιον, καὶ οὐδὲν ἕτερον ἦν ἢ ἡ τούτου ἑνότης. ἀεὶ ἐν αὐτῷ ὢν ἀεὶ τῷ ἑαυτοῦ νοΐ

18 μίαν δὲ θ.?

Vulcano defuncto filius nomine Sol successit ac rex Aegyptiorum annis viginti semis fuit. post hunc Sosis, inde Osiris, postea Orus, tum Thules Aegyptum, alius post alium rexerunt. Thules omnem terram usque ad Oceanum occupavit: inde in Africam reversus oraculum consuluit, quisnam se prior tantum potestatis habuisset, ac quis post ipsum tantundem habiturus esset. ita ei responsum perhibetur. "principio deus, hinc sermo, atque his spiritus iunctus. haec tria cognata: est illis aeterna potestas. mortalis, celeri gressu te hinc protinus aufer, incertam degens dubio conamine vitam." ferunt hunc, ubi primum aede oraculi egressus est, a suis esse in ipsa Africa iugulatum. successit ei Sesostris, ac 20 annis regnum in Aegyptios gessit. hic Assyrios Chaldaeos et Persas usque ad Babylonem subegit, Asiamque et Europam, Mysiam et Scythiam. reversus quindecim milia Scytharum iuvenum delectos, qui bellatores essent optimi, in Perside collocavit. sub hoc ferunt Mercurium in Aegypto innotuisse, admirabilem virum et sapientiae causa stupendum. is dei universi huius conditoris tres esse maximas facultates, unicam vero divinam naturam dixit. itaque etiam Trismegistus Hermes, quod est Mercurius termaximus, denominatus est. huius ad Aesculapium quendam haec sunt verba. "erat lux intelligens ante lucem intelligentem; eratque semper mens quae menti causa esset, neque quidquam erat aliud quam huius mentis unitas. ea mens cum semper in sese ipsa sit, semper sua ipsius mente luce atque spiritu universa continet.

καὶ φωτὶ καὶ πνεύματι πάντα περιέχει. ἐκτὸς τούτου οὐ θεός, οὐκ ἄγγελος, οὐ δαίμων, οὐκ οὐσία τις ἄλλη· πάντων γὰρ κύριος καὶ θεὸς καὶ πατήρ· καὶ πάντα ὑπ' αὐτοῦ καὶ ἐν αὐτῷ ἐστίν. ὁ γὰρ λόγος αὐτοῦ προελθὼν παντέλειος καὶ γόνιμος καὶ δημιουργός, ἐν γονίμῳ φύσει πεσών, ἐν γονίμῳ ὕδατι, ἔγκυον τὸ ὕδωρ ἐποίησεν." οὕτως εἰπὼν ὁ Ἑρμῆς ηὔξατο "ὁρκίζω σε, οὐρανοῦ μεγάλου ἐργάτα, ὁρκίζω σε, φωνὴ πατρός, ἣν ἐφθέγξατο πρώτην τὸν μονογενῆ λόγον αὐτοῦ, ἵλεως ἔσο." τῶν D φωνῶν τούτων καὶ ὁ ἱερὸς Κύριλλος ἐμνήσθη εἰπὼν ὅτι καὶ ὁ τρισμέγιστος Ἑρμῆς τριάδα ὡμολόγει. ὁ δὲ Σέσωστρις μετὰ τὴν νίκην τὴν Αἴγυπτον καταλαβὼν τελευτᾷ. ἀνέστη δὲ μετ' αὐτὸν βασιλεὺς ἐπ' Αἴγυπτον Φαραὼ ὁ καὶ Ναρεχὼ καλούμενος, κρατήσας ἔτη, ὥς φασι, πεντήκοντα· ἐκ τούτου οἱ ἀπὸ τοῦ γένους αὐτοῦ καταγόμενοι βασιλεῖς Φαραὼ προσαγορεύονται. ἕως ὧδε αἱ τῶν Αἰγυπτίων βασιλεῖαι.

Ἐν δὲ τοῖς χρόνοις Πίκου τοῦ καὶ Διὸς ἀνεφάνη τις ἐκ τῆς φυλῆς τοῦ Ἰαφὲθ ἐν χώρᾳ τῶν Ἀργείων, Ἴναχος λεγόμενος. ὃς P 21 καὶ ἐν αὐτῇ βασιλεύσας κτίζει πόλιν Ἰώ, καὶ Ἰώπολιν ἐκάλεσε ταύτην εἰς ὄνομα τῆς σελήνης· οἱ γὰρ Ἀργεῖοι τὴν σελήνην Ἰὼ καλοῦσιν. ἔσχε δὲ καὶ θυγατέρα Ἰώ· ἐκ ταύτης ὁ Ζεὺς θυγατέρα ἔσχε τὴν Λιβύην. αὕτη ἡ Ἰὼ ἐπεὶ ἐμίγη τῷ Διί, αἰσχυνθεῖσα τὸν πατέρα φεύγει εἰς Αἴγυπτον, ἐκεῖσε δὲ τὸν Ἑρμῆν βασιλέα εὑροῦσα ἐπὶ τὸ Σίλπιον ὄρος τῆς Συρίας μεταβαίνει, ὅπου Σέλευ-

12 ὑπ' P

extra eam mentem neque deus est neque angelus neque daemon neque alia ulla natura. omnium enim dominus deus et pater est. sub ipso et in ipso omnia sunt. sermo enim ipsius, qui perfectus omnibus modis est et fecundus ac opifex, ab ipsa progressus mente inque aquam, cuius est fertilis natura, incidens, fetam aquam reddidit." haec fatus Hermes sic precatus est. "adiuro te, caeli magni opifex: adiuro te, vox patris, quam primam edidit, unigenitum suum verbum, propitius esto." beatus quoque Cyrillus harum vocum mentionem fecit, dicens quod etiam Hermes Trismegistus trinitatem sit confessus. ceterum Sesostris parta victoria Aegyptum adeptus decessit vita. post eum rex Pharao exstitit, qui et Narecho dicitur. regnavit annos, ut aiunt, quinquaginta. ab hoc genus ducentes reges Pharaones appellati sunt. hactenus regnum Aegyptiorum.

Tempore Pici, qui et Iuppiter usurpatus est, in Argivorum regione quidam de Iapeti stirpe exstitit, nomine Inachus. hic regno Argivorum potitus urbem Io condidit, et Iopolim a luna Io dicitur. habuit et filiam Io nomine, ex qua Iuppiter filiam Libyam sustulit. ipsa Io verecundia patris, quod cum Iove concubuisset, in Aegyptum fugit; ubi cum Mercurium regem invenisset, in Silphium Syriae montem abiit, ubi postea

κος ὁ Μακεδὼν ὕστερον εἰς ὄνομα τοῦ ἰδίου υἱοῦ τὴν μεγάλην Ἀντιόχειαν ᾠκοδόμησεν. ἐκεῖ οὖν ἡ Ἰὼ τελευτᾷ. Ἴναχος δὲ ὁ ταύτης πατὴρ πολλοὺς εἰς ἀναζήτησιν αὐτῆς πεπομφώς, ἀλλὰ μὴν καὶ τοὺς αὐτῆς ἀδελφούς, παρήγγειλεν, εἰ μὴ αὐτὴν ἀγά- B γοιεν, μηδὲ αὐτοὺς ἐπανελθεῖν. οἱ δὲ τὴν Αἴγυπτον διαβάντες καὶ πρὸς Συρίαν ἐλθόντες ὄναρ θεωροῦσι δάμαλιν ἀνθρωπίνῃ φωνῇ χρηματίζουσαν οὕτως "ἐνθάδε εἰμὶ ἐγὼ ἡ Ἰώ." διυπνισθέντες οὖν ἐκεῖ ἱερὸν καὶ πόλιν, ἣν καὶ Ἰώπολιν ὠνόμασαν, οἰκοδομήσαντες ἔμειναν, μὴ τολμῶντες πρὸς Ἴναχον ἐπανελθεῖν. Λιβύη δὲ ἡ θυγάτηρ αὐτῆς, ἣν ἐκ Διὸς ἔσχεν, ἐγαμήθη Ποσειδῶνι τῷ Κρόνου μὲν υἱῷ ἀδελφῷ δὲ Διός. τούτοις τρεῖς παῖδες, Ἀγήνωρ καὶ Βέλος καὶ Ἐνυάλιος ἐτέχθησαν. ὧν ὁ Βέλος μὲν τὴν Σίδα γεγάμηκεν, ἀφ' ἧς Αἴγυπτον καὶ Δαναὸν ἔσχεν υἱούς, ἐξ οὗ καὶ ἡ χώρα Αἴγυπτος κέκληται· ὁ Ἀγήνωρ δὲ ἐπὶ τὴν Φοινίκην ἐλθὼν ἠγάγετο τὴν Τυρώ, ἐξ ἧς Κάδμος ἐγεννήθη καὶ C Φοῖνιξ καὶ Σύρος καὶ Κίλιξ καὶ θυγάτηρ Εὐρώπη καλουμένη. κτίζει δὲ Ἀγήνωρ τὴν Τύρον, ἐπ' ὀνόματι Τυροῦς τῆς αὐτοῦ γαμετῆς, βασιλεύει δὲ τῶν μερῶν ἐκείνων ἔτη ξγ'. φασὶ δὲ τὸν Ταῦρον τοῖς χρόνοις ἐκείνοις τῆς Κρήτης βασιλεύοντα, ναυμαχίᾳ κατὰ τῆς Τύρου ἐπιθέμενον τοῦ Ἀγήνορος ἀλλαχοῦ μετὰ τῆς οἰκείας δυνάμεως πόλεμον ποιουμένου, πρὸς ἑσπέραν τὴν Τύρον ἑλεῖν, ἄλλους τε πολλοὺς αἰχμαλώτους καὶ δὴ καὶ τὴν Εὐρώπην θυγατέρα Ἀγήνορος, ἣν καὶ γυναῖκα ποιησάμενος πᾶσαν τὴν γῆν

22 καὶ ἄλλους τε πολλοὺς ἀπαγαγεῖν αἰχμ.?

temporis Seleucus Macedo magnam Antiochiam de filii nomine sic dictam condidit. ibi mortua est Io. pater vero Inachus multos cum misisset qui eam requirerent, filios quoque suos ea condicione ablegavit ut nonnisi eam reducentes domum redirent. hi cum Aegypto peragrata ad Syriam accessissent, per insomnium viderunt buculam, quae humana voce haec ederet "hic sum ego Io." somno soluti fano ibi et urbe Iopoli aedificatis eo loco manserunt, cum ad Inachum reverti non auderent. at Libya Ius et Iovis filia Neptuno nupsit, Saturni filio, Iovis fratri. ex hoc coniugio nati tres filii, Agenor Belus et Enyalius. quorum Belus ducta in matrimonium Side Aegyptum, unde Aegypto regioni nomen, et Danaum filios genuit. Agenor in Phoenicem profectus Tyro uxorem duxit; ex qua ei nati sunt Cadmus Phoenix Syrus Cilix et filia Europa. Agenor Tyrum exstruxit, ab uxore ita nominatam, regnumque in iis regionibus per annos, ut aiunt, 63 obtinuit. ea tempestate traditur Taurum Cretae regem classe Tyrum tentasse, Agenore cum suis copiis alibi bellum gerente; ac sub vesperam capta Tyro cum alios multos captivos tum Europam quoque Agenoris filiam abduxisse. hanc de-

Ἰάφεθ Εὐρώπην ὠνόμασεν, ὥσπερ Λιβύην ὁ Ποσειδῶν τὴν τοῦ Χὰμ γῆν διὰ Λιβύην τὴν αὐτοῦ γαμετήν. ἐντεῦθεν ὡμολόγησαν οἱ ποιηταὶ ὡς ὁ Ζεὺς ταύρῳ ὁμοιωθεὶς Εὐρώπην ἥρπασεν. οὗτος D *ὁ Ταῦρος καὶ Γόρτυναν πόλιν ἐπ᾽ ὀνόματι τῆς αὐτοῦ μητέρος ᾠκοδόμησεν ἐν Κρήτῃ, καὶ υἱὸν ἔσχεν ἀπὸ τῆς Εὐρώπης ὃν Μίνω προσηγόρευσεν. ὁ Ἀγήνωρ δὲ τελευτᾶν μέλλων χρήματα πολλὰ ἐν Κρήτῃ διὰ τοῦ υἱοῦ Κάδμου πρὸς τὴν θυγατέρα Εὐρώπην ἀποστέλλει. τοῖς υἱοῖς δὲ αὐτοῦ τὴν ὑποτεταγμένην αὐτῷ γῆν καταμερίζων, Φοίνικι μὲν Τύρον καὶ τὰ πέριξ αὐτῆς ἀπονείμας Φοινίκην τὴν ὑπ᾽ αὐτὸν ὠνόμασε γῆν. ὁμοίως δὲ καὶ Συρίαν καὶ Κιλικίαν τὰς ἐπιλαχούσας τοῖς υἱοῖς Σύρῳ καὶ Κίλικι χώρας προσωνόμασεν. ἐν τοῖς χρόνοις τούτου τοῦ Φοίνικος καὶ Ἡρακλῆν φασὶ τὸν φιλόσοφον, τὸν λεγόμενον Τύριον, τὴν οὕτω καλουμένην κογχύ-* P 22 *λην ἐξευρεῖν, ὡς εἴρηται.*

Ὁ μέντοι Ζεὺς πρὸς ταῖς ἄλλαις καὶ τοῦ ἐξ Ἀργείων καταγομένου Ἀκρισίου θυγατέρα Δανάην, εὐπρεπῆ πάνυ οὖσαν καὶ ἐν κουβουκλείῳ πρὸς θάλασσαν φυλαττομένην, πολλῷ χρυσῷ τοὺς τηροῦντας πείσας καὶ ταύτην ἁρπάσας καὶ φθείρας ἔσχεν ἐξ αὐτῆς παῖδα Περσέα ὀνόματι. ἔνθεν οἱ μυθολόγοι τὸν Δία φασὶ χρυσὸν γενόμενον ῥυῆναι διὰ τοῦ στέγους εἰς τὸν θάλαμον καὶ Δανάην διαφθεῖραι. τοῦτον τὸν Περσέα καὶ πτερωτὸν εἶναι ἔφασκον ὡς ὀξύτατον ὄντα παιδόθεν καὶ τῇ φύσει γοργότατον καὶ ἐντρεχέστατον. ᾧ καὶ Ζεὺς ὁ πατὴρ αὐτοῦ τὰς κρυφίους καὶ μυστικὰς καὶ

inde uxorem habuit, ab eaque Europae nomen toti quae Iapeto cesserat terrae fecit, sicuti Neptunus omnem Chami terram a Libya uxore sua Libyam denominavit. hinc poetae perhibuerunt Iovem sub tauri specie Europam rapuisse. hic Taurus etiam Gortynam urbem matri suae cognominem in Creta condidit, filiumque ex Europa habuit, quem Minoem appellavit. ceterum Agenor moriturus magnam pecuniae vim per Cadmum filium suum ad Europam in Cretam transmisit, suam vero dicionem inter filios ita distribuit, ut Phoenici Tyrus ac quae circum est regio obtingeret, quam et Phoenicen nominavit, sicut et Syriam ac Ciliciam, quas Syro et Cilici filiis suis attribuebat. huius Phoenicis aetate ferunt Herculem philosophum, cognomento Tyrium, purpuram quo expositum est modo repperisse.

At Iuppiter praeter multas alias Danaen quoque Acrisii, qui ab Argivis descendebat, filiam, insigni forma, et quae in cubiculo ad mare exstructo adservabatur, corruptis multo auro custodibus rapuit ac violavit, atque ex ea filium nomine Perseum sustulit. hinc fabulati scriptores Iovem ediderunt in aurum conversum per tectum in cubile influxisse, ac Danaae virginitatem eripuisse. hunc quoque Perseum alatum fuisse dixerunt, quod ab ineunte aetate celerrimus fuit ingenioque ferocissimo atque callidissimo; quare etiam eum pater arcanas ac mysticas foedas-

B μυσαρὰς πάσας μαγείας καὶ μαγγανίας ἐδίδαξε, νικᾶν τοὺς πολεμίους ἐν τούτοις παρεγγυῶν. τοίνυν εἰς ἡλικίαν ἀνδρὸς ἐλθὼν φεύγει τοὺς υἱοὺς Νίνου τοῦ θείου αὐτοῦ, καὶ πρὸς Ἀσσυρίους ἔρχεται. πρὸς δὲ Λιβύην διαβαίνοντι παρθένος κόρη χωριτική, ἀπηγριωμένους ἔχουσα τοὺς ὀφθαλμοὺς καὶ τὰς τρίχας, κατὰ πρόσωπον συναντᾷ. ἣν καὶ στήσας τὸ αὐτῆς ὄνομα ἠρώτα. ἡ δὲ "Μέδουσα" ἔφη "λέγομαι." καὶ αὐτίκα τὴν κάραν αὐτῆς ἀποτέμνει· καὶ ταύτην ταριχεύσας κατὰ τὰς ἀρρήτους καὶ μιαρὰς ὑποθήκας Διὸς τοῦ πατέρος αὐτοῦ, ταῖς χερσὶ κρατῶν καὶ ταῖς μαγείαις θαρρῶν κατὰ τῶν ἐχθρῶν ἐχώρει. Γοργόνα δὲ τὴν
C κάραν ἐκάλει διὰ τὸ τῆς γοητείας ἐνεργὲς καὶ ὀξύ. ἐκεῖθεν πρὸς Αἰθιοπίαν διαβὰς ὑπὸ Κηφέως τότε βασιλευομένην, καὶ τὴν αὐτοῦ θυγατέρα Ἀνδρομέδαν καλουμένην καὶ ἱέρειαν οὖσαν ἁρπάσας, κατέπλευσε διὰ Συρίας πρὸς Λυκαονίαν. οἱ δὲ Λυκάονες τούτῳ ἐναντιωθέντες τῇ τῆς Γοργόνος πρώτῃ βοηθείᾳ κατενικήθησαν. ἐκεῖ καὶ πόλιν κτίσας Περσίδα τῷ ἰδίῳ κέκληκεν ὀνόματι. στήλην δὲ ἔξω τῆς πόλεως στήσας, καὶ τὸ ἀπεικόνισμα τῆς Γοργόνος ἐπιθείς, Εἰκόνιον ταύτην ἐπωνόμασεν. ἐκεῖθεν ἐπὶ Ἰσαυρίαν καὶ Κιλικίαν διαβάς, χρησμὸν λαβὼν ὅτι ἔνθα ἐκ τοῦ ἵππου ἀποβὰς τὸν ταρσὸν ὀδυνηθῇς τοῦ ποδός, νίκην λάβῃς καὶ
D πόλιν οἰκοδομήσῃς, τὴν Ταρσὸν κτίζει καὶ κατὰ τῶν Ἀσσυρίων ὁρμᾷ, τούτους τε νικήσας καὶ τὸν Σαρδανάπαλον καὶ τοὺς τοῦ γένους αὐτοῦ ἀπεκτονὼς εἰς τέλος αὐτοὺς ὑποτάσσει. καὶ Ἀσσυρίων τὴν βασιλείαν ἀφελόμενος ἐπὶ τῷ ἰδίῳ ὀνόματι Πέρσας αὐ-

que omnes incantationes et veneficia docuit, horum ope victoriam ei ab hostibus reportandam pollicens. itaque vir factus Perseus Nini patrui filios fugiens ad Assyrios venit. inde in Africam eunti virgo occurrit indigena, oculis capillisque ferae instar horrens. quam ipse cum subsistere coegisset, quod nomen gereret interrogavit. professae nomen Medusae statim caput amputavit; idque, ut infandae atque abominandae Iovis patris praeceptiones iubebant, conditum habens, manuum robore et magicarum artium fiducia fretus, adversum hostes suos perrexit. capiti nomen Gorgonis imposuit ob efficacitatem et vim veneficii. inde in Aethiopiam transivit, quam tunc Cepheus regno tenebat; cuius filiam Andromedam eandemque sacerdotem rapuit, ac per Syriam ad Lycaoniam navigavit. Lycaones cum se Perseo opposuissent, primo Gorgonis auxilio devicti sunt. ibi urbem Perseus condidit ac de suo nomine Persidem appellavit. extra urbem statuam posuit, atque ab eo simulacro Iconium nominavit. inde Isauriam et Ciliciam peragrans, accepto oraculo ut quo loco de equo descendens in planta pedis dolorem sentiret, ibi victoriam obtineret atque urbem aedificaret, Tarsum, a planta pedis dictam urbem, condidit. ac contra Assyrios profectus eos superavit, Sardanapaloque cum sua gente necato Assyrios prorsus subegit, regnoque iis adempto, Persas de suo nomine appellavit, regnumque in

τοὺς ἐκάλεσε, βασιλεύσας ἐπ' αὐτοὺς ἔτη νγ'. οὗτος καὶ τὴν καλουμένην περσέαν ἐν τῷ ἰδίῳ ὀνόματι εἰς πᾶσαν τὴν ὑποκειμένην αὐτῷ κατεφύτευσε γῆν, καὶ τὴν τοῦ μυσαροῦ σκύφου τῆς Μεδούσης οὓς ἠγάπα τῶν Περσῶν ἐν μυστηρίῳ μυσταγωγήσας μαγείοις Μήδους αὐτοὺς καὶ Μηδίαν τὴν χώραν αὐτῶν μετωνόμασεν. εἶτα εἰς τὸ Σίλπιον ὄρος ἐλθὼν εὗρε τοὺς ἀπὸ Ἄργους Ἰωνίτας, ὑφ' ὧν καὶ ἐδέχθη ὡς ὁμόφυλος. χειμῶνος δὲ πολλοῦ πεσόντος καὶ P 23 τοῦ προσπαρακειμένου ποταμοῦ τοῖς Ἰωπολίταις Ὀρόντου καθ' ὑπερβολὴν πλημμυροῦντος, ἐπεὶ ηὔξατο, ἄφνω κεραυνὸς ὡς σφαῖρα πυρὸς οὐρανόθεν κατηνέχθη, καὶ οὕτως ὅ τε χειμὼν ἐπεσχέθη καὶ τὰ ῥεῖθρα τοῦ ποταμοῦ ἀνείθη. καὶ γοῦν τοῦ πυρὸς ἐκείνου πῦρ ἀνάψας ὁ Περσεὺς εἶχε μεθ' ἑαυτοῦ βαστάζων, εἴς τε τὰ ἴδια βασίλεια ἀγαγὼν καὶ ἱερὸν τοῦ πυρὸς κατασκευάσας καὶ ἱερεῖς εὐλαβεῖς ἄνδρας ἐπιστησάμενος· ἀλλὰ μὴν καὶ ἐν Ἰωπόλει καὶ ἐν πάσῃ τῇ ὑπ' αὐτὸν γῇ καὶ ὡς ἐξ οὐρανοῦ κατενεχθέντα θεὸν σέβεσθαι τὸ πῦρ ἐκεῖνο θεσπίσας ἐδίδαξε πυρσολατρεῖν, μάγους τοὺς τοῦ πυρὸς ἱερεῖς καλέσας. ἔρχεται οὖν πρὸς αὐτὸν ἐν B πολέμῳ ὁ τῆς Ἀνδρομέδας πατὴρ ὁ Κηφεύς. καὶ ἐπεὶ ὁ Περσεὺς ἐξελθὼν τὴν τῆς Γοργόνος κεφαλὴν ἐπεδείκνυε, Κηφεὺς δὲ ὑπὸ τοῦ γήρως ἀμβλυωπῶν, ὡς ἔφιππος κατ' αὐτοῦ ἐπέβαινεν ὁ Περσεύς, ἀγνοῶν ἀμβλυωπεῖν τὸν Κηφέα, ἐλογίσατο μὴ ἐνεργεῖν ἔτι ἣν κατεῖχε τῆς Γοργόνος κεφαλήν, καὶ στρέψας ταύτην πρὸς ἑαυτὸν καὶ ἐμβλέψας ἀτενῶς παραυτὰ τυφλωθεὶς ἀνῃρέθη. καὶ λοι-

2 πέρσεια P 3 τὴν] τοῖς? 6 Ἰωπολίτας? 15 αὐτοῦ P
20 ἀμβλυωπῶν οὐκ ἐτυφλώθη, ὡς?

eos per 53 annos obtinuit. idem arborem quoque a se Persicam dictam per omnem suam dicionem plantavit; foedoque Medusae scypho de Persis quos maxime diligebat, arcanis magicis sacris initians, Medos eos et terram eorum Mediam nominavit. inde ad Silphium montem profectus Ionitas, qui ab Argis eo concesserant, ibi repperit, ab iisque, ut eiusdem stirpis, est acceptus. ibi cum ingens tempestas imbres effudisset, ac Orontes fluvius qui Iopolin alluit supra modum exundaret, perseo precato fulmen veluti globus ignis subito delatum est; itaque et inhibita tempestas fuit, et fluvius suo se alveo conclusit. ex eo igne Perseus ignem accendit, secumque tulit; et in suam regiam apportans aedem igni exstruxit, sacerdotioque pios viros praefecit. idemque et Iopoli et in tota sua dicione instituit; mandatoque ut de caelo delatus deus ignis coleretur, ignis colendi ritum docuit, magorum nomine sacerdotibus ignis affectis. porro bellum Perseo Cepheus Andromedae pater intulit. cui cum infesto equo occurrens Perseus caput Gorgonis ostentasset, Cepheus autem propter senectam aetatem caecutiret, nesciens Perseus Cepheum caecutire, putavit caput Gorgonis quod praetendebat vires suas iam non exserere; itaque sibi id obvertit, inque id oculis intentis intuitus, ex-

πὸν προβάλλεται ὑπὸ Κηφέως βασιλεὺς Περσῶν Μέρως ὁ Περσέως καὶ Ἀνδρομέδας υἱός. Κηφεὺς δὲ τὴν τῆς Γοργόνος κεφαλὴν καύσας ἀνεχώρησεν εἰς τὴν χώραν αὐτοῦ.

C *Ἀγήνορα δὲ τὸν ἀπὸ Φοινίκης ὁ πατὴρ εἰς ἀναζήτησιν τῆς αὐτοῦ θυγατρὸς Εὐρώπης ἀποστείλας, μαθὼν ὁ Κάδμος ὡς αὐτὴ σὺν Ταύρῳ τῷ ἁρπάσαντι ταύτην τῆς Κρήτης βασιλεύει, ὥρμησεν εἰς Βοιωτίαν καὶ αὐτοὺς ἀγνοοῦντας τὰ Φοινίκων γράμματα ἐδίδαξε, καὶ ἐβασίλευσεν ἐπ' αὐτοῖς ἔτη ξβ'. καὶ γυναῖκα ἠγάγετο τὴν Ἁρμονίαν καλουμένην, ἥτις αὐτῷ ἓξ τίκτει θυγατέρας, Ἰνὼ Ἀγαύην Σεμέλην Εὐρυνόμην Κλεανθὼ καὶ Εὐρυδίκην. αὗται ἐλέγοντο Καδμίδες. οὗτος ὁ Κάδμος καὶ πόλιν τὴν μεγάλην τὴν Καδμείαν ἐκεῖ κτίζει. ὅς καὶ τὸν Τειρεσίαν Βοιωτῶν ὄντα φιλόσοφον, τὸν αὐτομάτως φέρεσθαι τὰ πάντα καὶ ἀπρονόητον εἶναι τὸν κόσμον δογματίσαντα καὶ εἰς τὸ τοῦ Δαφναίου Ἀπόλλωνος ἱερὸν*
D *διὰ ταῦτα ἐξόριστον γενόμενον, ἀνεκαλέσατο. τοῦτον τὸν Τειρεσίαν μυθολογοῦσιν, ὡς ἑωρακότα Παλλάδα λουομένην, εἰς γυναικὸς αὐτίκα μεταβληθῆναι φύσιν, καὶ πολυπραγμονεῖν αὐτῇ πῶς γυνὴ μετὰ ἀνδρὸς συλλαμβάνει, καὶ πῶς ἡ μία φύσις τοῦ αἵματος εἰς ὀστᾶ καὶ φλέβας καὶ σάρκας καὶ τὰ λοιπὰ μερίζεται, καὶ βρέφος ζῳογονούμενον τίκτεται, καὶ τοῦ δημιουργοῦ τὴν σοφίαν μὴ δυνηθέντα καταλαβεῖν εἰς αὐτοματισμὸν ἐξολισθῆσαι· διὸ καὶ παίζοντες αὐτὸν εἰς γυναικῶν φύσιν ἔφρασαν μεταβληθῆναι. οὗτος ὁ Κάδμος ὁ τῆς Βοιωτίας βασιλεὺς Ἀγαύην τὴν αὐτοῦ θυγατέρα*

templo excaecatus itaque interfectus est. a Cepheo proinde regno Persarum Meros, filius Persei et Andromedae, praefectus est; et ipse cremato Gorgonis capite in suam regionem rediit.

Agenorem autem a Phoenicia pater ad inquirendam filiam suam Europam cum misisset, Cadmus cum eam intellexisset cum Tauro, a quo rapta fuerat, Cretae regnare, in Boeotiam abiit, Boeotosque literarum ignaros Phoenicias literas docuit, regnumque apud eos per 62 annos obtinuit. uxorem duxit Harmoniam, quae ei sex filias peperit; quarum nomina Ino Agave Semele Eurynome Cleantho et Eurydice: hae etiam Cadmides nominabantur. is Cadmus etiam Cadmeam magnam urbem ibi condidit; et Tiresiam Boeotorum philosophum, qui quod omnia fortuito ferri nullaque mundum providentia gubernari docuisset, in Daphnei Apollinis templum relegatus fuerat, ab exsilio revocavit. fabulantur hunc Tiresiam, cum lavantem Minervam vidisset, subito in mulierem conversum fuisse; inque ea natura curiose exploravisse quomodo mulier ex viro concipiat, quomodo unica sanguinis natura in ossa venas carnes et cetera distribuantur, et quomodo foetus vivus gignatur; cumque sapientiam opificis assequi cogitando nequiret, eo prolapsum ut omnia fortuito fieri diceret. itaque ioco dictum est eum in mulieris naturam transivisse. is Cadmus Boeotiae rex Agaven filiam suam Echioni in matrimonium dedit, ac in

Ἐχίονι δοὺς γυναῖκα εἰς Χίον ἀποστέλλει. γεννᾶται οὖν ἐξ αὐτῆς
ἀνὴρ φρόνιμος καὶ συνετὸς ὁ Πενθεύς· ᾧ καὶ τὴν διοίκησιν τῆς P 24
βασιλείας ὕστερον παρεχώρησε Κάδμος, ὡς αὐτοῦ μετὰ Τειρεσίου
ἐπὶ τὸ Κιθαιρώνειον ὄρος τὸν βίον διατελέσαντος. τὴν δὲ Σεμέ-
λην Πολυμήδων ὁ υἱὸς τοῦ Αἰθερίωνος γήμας, ἐκ τοῦ γένους ὢν
τοῦ Διός, ἀπὸ Σεμέλης ἑπταμηνιαῖον γεννᾷ βρέφος διὰ τὸ ὑπὸ
ἀστραπῶν καὶ βροντῶν ἐξαισίων τὴν μητέρα ἀποθανεῖν. τοῦτο
τὸ βρέφος εἰς Νυσίαν τὴν χώραν ὁ Κάδμος ἐκτραφῆναι ἔπεμψεν,
ὃ καὶ Νύσειον ὠνομάσθη. μυθολογοῦσι δὲ ὅτι τοῦτο ὁ Ζεὺς ἐν
τῷ ἰδίῳ κόλπῳ ἐπὶ δευτέρῳ μηνὶ ἐφύλασσε, διότι μέρος ζωῆς ἔσχε
πρὸς τοῦ θεοῦ παρὰ τὸν ὡρισμένον χρόνον ἐκτρωθείς. ἄλλοι δὲ
τοῦτον ὡς ἐξ ἡλιακῶν εὐχῶν μυστικά τινα καὶ θαυμαστὰ δρῶντα B
καὶ ὡς περὶ ἀμπελικὴν γεωργίαν ἐκτιθέμενον ἀπεθέωσάν τε καὶ
Διόνυσον μετεκάλεσαν, ὡς ἐκ γένους ὄντα Διός. τοῦτον εἰς Πέρ-
σας φασὶν ἀπελθεῖν, καὶ φαντασίας τινὰς θαυμασίων ἔργων καὶ
πολέμων ἐν αὐτοῖς ἐπιδεῖξασθαι. μετὰ ταῦτα ἐπὶ Πενθέα σὺν
ὄχλῳ βαρεῖ ἔρχεται, καὶ τοὺς μὲν ἄνδρας σκιρτοὺς ἐκάλεσε διὰ
τὸ ἅλλεσθαι καὶ πηδᾶν, τὰς δὲ γυναῖκας βάκχας. τήν τε τῶν
Βοιωτῶν βασιλείαν σφετεριζόμενος μετὰ Πενθέως πόλεμον συμ-
βαλὼν χειροῦται, ὑπὸ δὲ Ἀγαύης τῆς Πενθέως μητρὸς ὡς θείας
οὔσης Διονύσου λυτροῦται τῶν δεσμῶν. μετὰ ταῦτα ἐνεδρεύσας
ἀποκτείνει Πενθέα. τῶν δὲ Βοιωτῶν αὐτὸν βασιλέα μὴ παρα- C
δεχομένων εἰς Δελφοὺς ἀπέρχεται καὶ θανὼν θάπτεται. μετὰ
Κάδμον ἐβασίλευσε τῆς Βοιωτίας Νυκτεύς. τούτου τὴν θυγατέρα

Chium amandavit. peperit haec virum prudentem ac ingeniosum, nomine Pentheum; cui postea temporis Cadmus regni administrationem commisit, cum ipse cum Tiresia statuisset in Cithaerone monte vitam finire. Semelen Polymedon Aetherionis F. duxit, ex gente Iovis; atque ex ea prolem septimestrem sustulit, matre fulguribus et tonitribus insolitis necata. Cadmus infantem in Nysiam regionem, quae et Nyseium dicitur, alendum misit. fabulantur infantem a Iove in sinu suo duos reliquos menses asservatum fuisse; quod scilicet a deo partem quandam vitae habuit, abortu ante legitimum tempus editus. alii hunc, quod ex solaribus precibus mystica quaedam et miraculosa faceret et vitis cultum docuisset, in deos rettulerunt ac Dionysium nominarunt, ut Iovis stirpe ortum. Dionysium hunc ferunt ad Persas venisse, ac mirabiles quasdam imaginationes operum ac bellorum apud eos ostentasse. secundum haec cum magna hominum turba adversus Pentheum venit: viros a saltando Scirtos, mulieres Bacchas appellavit. cum autem Boeotiae regnum sibi vindicaret, bello cum Pentheo congressus succubuit. captum ex vinculis liberavit Agave matertera, Penthei mater. inde per insidias Pentheum necavit, cumque Boeoti eum regno non dignarentur, Delphos profectus mortuus ac sepultus est. Cadmo in regno Boeotiae successit Nycteus.

Ἀντιόπην, ἱέρειαν οὖσαν τοῦ Ἡλίου, Θεόβοιος ὁ υἱὸς Βράτωνος, ἐκ τοῦ γένους τοῦ Διὸς καταγόμενος, ἀδελφὸς δὲ τοῦ Νυκτέως, μιγεὶς γεννᾷ δίδυμα, Ἀμφίωνά τε καὶ Ζῆθον, οὓς τῇ κελεύσει τοῦ ἀδελφοῦ ῥίπτουσι πλησίον τοῦ Κιθαιρωνείου ὄρους. Ὀρδίων δέ τις γεωργὸς ἄπαις ὢν ἀνελάβετο καὶ ἀνεθρέψατο αὐτά. τῆς δὲ Ἀντιόπης παρὰ τῇ Δίρκῃ φυλαττομένης ἐπὶ τὸ τιμωρηθῆναι διὰ τὸ παρανομῆσαι, ἐπεὶ πόλεμος ἐν τῇ Ἀργείων ἐκινήθη χώρᾳ,
D τοῦ Λύκου χρονίζοντος ἐκεῖσε, ἡ Δίρκη τὸν Νυκτέα θωπευτικῶς ἠρώτα ἀπολῦσαι Ἀντιόπην. ὁ δὲ μᾶλλον προσέταξε ταύρῳ ἀγρίῳ ταύτην προσδεθῆναι καὶ ἀποθανεῖν, ὡς τὴν παρθενίαν βεβηλώσασαν. ἀκούσαντες δὲ τοῦτο Ζῆθος καὶ Ἀμφίων, καὶ παρὰ τοῦ ἀναθρεψαμένου τούτους μαθόντες ὡς αὕτη ἐστὶν ἡ μήτηρ αὐτῶν Ἀντιόπη, ἅμα πλείοσιν ἀγροίκοις ἐπεισπεσόντες τοὺς μὲν στρατιώτας κατακτείνουσι, Δίρκην δὲ τῷ ταύρῳ προσδεσμοῦσι καὶ φονεύουσι. σὺν τῇ μητρὶ δὲ Ἀντιόπῃ εἰς τὴν Βοιωτίαν ἐλθόντες, ἐπεὶ ὁ Νυκτεὺς τέθνηκεν, οἱ μουσικοὶ Ζῆθος καὶ Ἀμφίων τῶν Βοιωτῶν ἔτη πολλὰ βασιλεύουσι. κτίζουσι δὲ πόλιν μεγάλην εἰς
P 25 ὄνομα τοῦ πατέρος, ἣν καὶ Θεοβοίου Θήβας ὠνόμασαν. ὁ μὲν Εὐριπίδης τῷ ἔθει τῶν ποιητῶν μυθολογῶν τὸν Δία φησὶν εἰς Σάτυρον μεταβληθέντα τὴν Ἀντιόπην φθεῖραι, ἐξ ἧς Ἀμφίων καὶ Ζῆθος οἱ μουσικοί. τοῦτο δέ, φασίν, εἶπεν ὡς καταχθέντος Θεοβοίου ἐκ τοῦ Πίκου τοῦ καὶ Ζηνὸς κατὰ μετεμψυχώσεως μετάστασιν· τοῦτο γὰρ σημαίνει τὸ σάτυρος ὄνομα κατὰ τὴν τῶν Βοιω-

cum huius filia Antiopa, sacerdote Solis, Theoboeus Bratonis F. a Iove genus ducens ac frater Nyctei, corpus miscuit, indeque geminos ea est enixa, Amphionem et Zethum; qui iussu fratris expositi sunt prope montem Cithaeronem. sed quidam rusticus Ordio nomine, cum prole careret, sustulit eos atque educavit. cum autem Antiopa apud Dircen asservaretur, ut propter flagitium commissum suo tempore poenas lueret, cum in Argivorum regione bellum exstitisset ibique Lycus moraretur, Dirce Nycteum blande solicitavit de liberanda Antiopa. is vero tauro eam potius fero alligandam itaque necandam profanatae virginitatis causa imperavit. hoc cum inaudivissent Amphion et Zethus, ab eo qui ipsos educaverat edocti Antiopae se esse filios, cum manu rusticorum irruerunt, necatisque militibus Dircen tauro alligatam interfecerunt. ipsi cum matre Antiopa in Boeotiam profecti, cum iam Nycteus vita decessisset, ita musici Amphion et Zethus Boeotis multos per annos regia potestate imperaverunt. hi magnam urbem condiderunt, et a patris Theoboei nomine Thebas nuncuparunt. Euripides more poetarum fabulam narrans, Iovem ait sumpta Satyri figura Antiopae vitium obtulisse: eo ex concubitu natos Amphionem et Zethum musicos. hoc eum ideo dixisse putant, quod Theoboeus a Pico, qui idem Iuppiter fuit, descenderit per animae in alia post alia corpora commigrationem. nam Boeotorum sermone Satyrus animae in aliud vilius corpus migrationem

τῶν γλῶσσαν, τὸ εἰς ἄλλο σῶμα χωρήσειν εὐτελέστερον. μετὰ τούτους τοὺς μουσικοὺς οἱ ἐκ τοῦ γένους αὐτῶν ἐβασίλευον Θηβαίων ἕως Οἰδίποδος υἱοῦ Ἰοκάστης καὶ Λαΐου. οὗτος γὰρ ὁ Λάϊος βασιλεὺς ὢν Θηβαίων μετὰ Ἰοκάστης ἔσχεν υἱὸν πρῶτον B Ἰοκᾶν· χρησμὸν δὲ λαβὼν περὶ αὐτοῦ ὡς τῇ ἰδίᾳ μητρὶ συναφθήσεται, ἐν ξύλῳ τοὺς πόδας καθηλώσας, ὃ δὴ καὶ κοῦσπος λέγεται, εἰς ἀπώλειαν ἐν τοῖς ὄρεσιν ἔρριψεν. ἄγροικος δέ τις ὀνόματι Μελίβιος τοῦτον εὑρὼν ἀνεθρέψατο, Οἰδίποδα μετονομάσας διὰ τὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ ἐν τῷ ξύλῳ διῳδηκότας ὀγκωθῆναι. μετὰ ταῦτα γυνή τις ὀνόματι Σφίγξ, δυσειδής, κατάμαστος, χωριτική, μετὰ πλήθους ἀγροίκων εἰς κορυφὴν μίαν μόνην εἴσοδον καὶ ταύτην στενωτάτην ἔχουσαν καθίσασα, λῃστρικῶς τοὺς παράγοντας δι' ἐκείνης ἀνῄρει καὶ τὰς αὐτῶν ὑπάρξεις ἀφῃρεῖτο, ὡς C ἀποστενοῦσθαι τὰς Θήβας δι' αὐτῆς μήτε στρατοῦ μήτ' αὐτοῦ τοῦ βασιλέως Λαΐου ἰσχύοντος κατ' αὐτῆς διὰ τὸ δύσβατον τοῦ ὄρους καὶ ὀχυρόν. ταῦτ' οὖν Οἰδίπους ἀκούσας σοφόν τι καὶ γενναῖον ποιεῖ· καὶ ὀλίγους ἐπιλεξάμενος καὶ τὴν Σφίγγα ἐλθὼν ᾐτεῖτο σὺν αὐτῇ εἶναι καὶ συλλῃστρεύειν αὐτῇ. ἡ δὲ τῇ ὥρᾳ καὶ γενναιότητι τούτου τερφθεῖσα αὐτὸν εἰσδέχεται. ὁ δὲ καιρὸν ἐσχηκὼς αὐτὴν μὲν λόγχῃ ἀναιρεῖ καὶ πολλοὺς τῶν μετ' αὐτῆς, λαβὼν δὲ καὶ τὸ σῶμα καὶ ὅσα χρήματα εὗρε πρὸς Λάϊον εἰς Θήβας ἤνεγκε, μισθὸν τῆς ἀνδραγαθίας κομιούμενος. Θηβαῖοι δὲ τοῦ-

17 καὶ πρὸς τὴν?

significat. post hos musicos, ii qui ex eorum stirpe procreati sunt in Thebanos regnum obtinuerunt usque ad Oedipum, Iocastae et Laii filium. etenim Laius rex Thebanorum primum ex Iocasta uxore filium Iocan sustulerat; de quo cum oraculo monitus esset, fore ut is cum propria matre concumberet, ligneis compedibus impeditum in montanis abiecit, ut ibi periret. at rusticus quidam, Melibius nomine, eum sublatum educavit, Oedipumque appellavit a tumore pedum quem in compedibus contraxerat. secundum haec mulier quaedam indigena nomine Sphinx, deformis ac mammosa, cum agrestium manu verticem quendam obsedit, ad quem nonnisi uno eoque angustissimo aditu poterat penetrari, ac latrocinando ea pergentes interfecit, eorumque facultates depraedata est. id latrocinium res Thebanorum in artum redegit, cum neque exercitus neque ipse rex Laius monte ita inaccesso et natura loci munito quicquam adversus eam posset. Oedipus vero re audita prudens ac generosum facinus aggredi, cum paucis quos sibi socios adsciverat, ad Sphingem se conferre, eius consuetudinem et latrocinandi societatem expetere. forma et generositas quam prae se ferebat, ut reciperentur a muliere iis rebus capta impetrarunt. at vero Oedipus capta occasione ipsam lancea transadigere, multos qui Sphingi praedandi socii fuerant trucidare; cadaver eius, ac quas ibi reppererat opes ad Laium Thebas afferre, ab eo virtutis suae ac rei bene gestae praemium sperare. ac Thebani

D τον ὡς βασιλέα ἀνύμνουν. ἀλλ' οὐκ ἤρεσε ταῦτα τῷ Λαΐῳ, ἀλλὰ στρατὸν ἐφοπλίσας κατ' αὐτοῦ ἐξῄει, καὶ πληγεὶς τελευτᾷ. ἡ τοίνυν Ἰοκάστη τῆς βασιλείας ἐκπεσεῖν οὐ θέλουσα, καὶ ὡς υἱὸς αὐτῆς ἐστὶν ὁ Οἰδίπους οὐκ εἰδυῖα, ἅμα δὲ καὶ πρὸς θεραπείαν τῆς πόλεως σπουδάζουσα, προσκαλεῖται τοῦτον· ἐξ οὗ καὶ ποιεῖ δύο υἱούς, τὸν Ἐτεοκλέα καὶ τὸν Πολυνείκην, καὶ θυγατέρας δύο, Ἰσμήνην καὶ Ἀντιγόνην. καὶ οὕτως ἐπὶ ἔτη ιθ' τῶν Θηβῶν ἐβασίλευσαν, ἀγνοοῦντες ἑαυτούς. μετὰ ταῦτα τῆς Ἰοκάστης τὴν πατρίδα καὶ τὸ γένος πυθομένης, ἐπεὶ Μελίβιος αὐτὸν ἀνεθρέψατο ἤκουσε, παρ' αὐτοῦ τε ἔμαθε τὸν τρόπον τῆς αὐτοῦ ἀνευ-
P 26 ρέσεως καὶ βεβαιωθεῖσα ἀνεβόησε. Οἰδίπους δὲ πληροφορηθεὶς ὡς καὶ μήτηρ Ἰοκάστη καὶ γυνὴ τυγχάνει, τοῖς μὲν υἱοῖς Ἐτεοκλεῖ καὶ Πολυνείκει ἐνιαυτὸν παρ' ἐνιαυτὸν βασιλεύειν ἐκέλευσε τῶν Θηβῶν, αὐτὸς δὲ παραυτὰ δύο ἥλους κατὰ τῶν ἰδίων ἐμπήξας ὀφθαλμῶν τελευτᾷ. οἱ δὲ υἱοὶ αὐτοῦ ἑκάτερος τῆς βασιλείας ἀντιποιούμενοι εἰς πόλεμον ἦλθον μονομαχήσαντες, καὶ ὑπ' ἀλλήλων ἄμφω κατελύθησαν. καὶ οὕτως ἡ τῶν Θηβῶν ἤτοι Βοιωτῶν κατελύθη βασιλεία, διαρκέσασα ἔτη τριακόσια ἑξηκονταεννέα.

Ἀναγκαῖον οὖν ἐστὶ λοιπὸν ἀναδραμεῖν ἐπὶ τὸ προκείμενον. καταλήξαντες δὲ ἐπὶ τὴν ἐκ Φαλὲκ τοῦ Ῥαγὰβ γέννησιν ἀρξώμεθα ἀπ' αὐτοῦ.

9 ἐπεὶ ὅτι M.? 17 κατερύθησαν P. an ἀνῃρέθησαν?

quidem eum regiis laudibus ac titulis celebrabant. Laio id adeo displicuit ut adversus eum cum armato exercitu exiverit: commisso autem praelio ictus periit. proinde Iocasta cum excidere regno nollet et Oedipum filium suum esse ignoraret, simul ut civibus rem gratam faceret, coniugem sibi Oedipum adscivit, atque ex eo duos filios, Eteoclem ac Polynicem, totidemque filias Ismenam et Antigonam peperit. ita per 19 annos regnum in Thebanos gesserunt, alter alterum ignorantes. his exactis Iocasta, cum Oedipi genus et patriam inquireret, ex Melibio quem educatorem fuisse Oedipi acceperat, intellexit quomodo is Oedipum repperisset; confirmataque iam apud animum rei sicut habebat opinione exclamavit. at enim Oedipus certior factus Iocastam coniugem eandem matrem suam esse, filiis Eteocli et Polynici regnum Thebanum alternis annis habendum mandavit, ipse illico duobus clavis in duos suos oculos defixis obiit. filii, cum uterque regnum ad se traheret, bellum moverunt; in quo singulari pugna congressi mutuis ambo vulneribus occubuerunt. is regni Thebani seu Boeotorum finis fuit, cum id 369 annos durasset.

Porro autem necesse est nos ad institutum nostrum reverti. ac quoniam in Ragabi Phaleco progeniti mentione substiteramus, rursum ab eodem Ragabo ordiemur.

Ῥαγὰβ γενόμενος ἑκατὸν τριακονταδύο ἐτῶν ἐγέννησε τὸν B Σερούχ. ἐπὶ τούτου οἱ ἄνθρωποι τὸν κατ' ἀλλήλων αὐξήσαντες τῦφον στρατηγούς τε ἑαυτοῖς κατεστήσαντο καὶ βασιλεῖς. καὶ τότε πρώτως πολεμικὰ κατασκευάσαντες ὄργανα πολεμεῖν ἀλλήλοις ἐνήρξαντο. καὶ εὐθὺς οἱ ἀπὸ Χαναὰν ἡττῶνται καὶ πρῶτοι τῆς δουλείας ὑποκύπτουσι τῷ ζυγῷ, κατὰ τὴν τοῦ Νῶε κατάραν.

Σεροὺχ γενόμενος ἑκατὸν τριάκοντα ἐτῶν ἐγέννησε τὸν Ναχώρ. ᾤκει δὲ ὁ Σεροὺχ ἐν τῇ Χαλδαίων, ἐν πόλει Ὤρ. αὐξηθέντα δὲ τὸν Ναχὼρ ἐδίδαξεν ὁ πατὴρ πάντων ἐπίλυσιν οἰωνῶν, C τῶν τε ἐν οὐρανῷ σημείων διακρίσεις καὶ τῶν ἐπὶ γῆς ἀπάντων, καὶ πᾶσαν Χαλδαϊκὴν μαντείαν. Ναχὼρ δὲ γενόμενος οθ' ἐτῶν ἐγέννησε τὸν Θάρρα. Νίνου δὲ τοῦ πρώτου βασιλέως τῶν Ἀσσυρίων τεσσαρακοστὸν τρίτον ἄγοντος ἔτος τῆς βασιλείας γεννᾶται Ἀβραάμ. κατὰ δὲ τοὺς αὐτοὺς χρόνους παρ' Αἰγυπτίοις ἑξκαιδεκάτη δυναστεία, καθ' ἣν ἐβασίλευον Θηβαῖοι. Θάρρα δὲ γενόμενος ἐτῶν ο' ἐγέννησεν ἐκ γυναικὸς Ἔδνας, θυγατρὸς Ἀβραὰμ πατραδέλφου αὐτοῦ, τὸν Ἀβραάμ, ὅντινα ἡ μήτηρ ἐκάλεσεν ἐπ' ὀνόματι τοῦ ἑαυτῆς πατρός· ἔφθη γὰρ ἐκεῖνος πρὸ τῆς τούτου γεννήσεως τετελευτηκέναι. ἐγέννησε δὲ ἔτι ὁ Θάρρα τὸν Ἀρὰμ καὶ τὸν Ναχώρ. ὁ δὲ Ἀβραὰμ λαμβάνει παρὰ τοῦ πατρὸς γυναῖκα τὴν Σάρραν. οὗτος μόνος, τῶν ἁπανταχοῦ τὴν ἐπὶ τὰ εἴδωλα D πλάνην νοσούντων, τὸν ἀληθῆ θεὸν ἐπέγνω καὶ δημιουργὸν τῶν ὅλων ἀνεκήρυξε. καὶ πρῶτος τὸ θυσιαστήριον κλάδοις φοινίκων

Ragabus ergo annos natus 132 Seruchum genuit. huius aetate demum homines alter alteri fastu sese praeferentes, imperatorum atque regum nomina sibi sumpserunt, ac tum primum arma bellica fabricati bellum invicem facere coeperunt. statim vero stirps Chanaanis succubuit, iugumque servitutis subiit, quemadmodum ei Noe fuerat imprecatus.

Seruchus annos natus 130 Nachorem progenuit. habitabat autem Seruchus in urbe Chaldaeorum, cui Ur nomen. is adultum Nachorem docuit omnium auguriorum, caelestium terrestriumque ostentorum interpretationem, omnemque Chaldaeorum divinationem. Nachor annos natus 79 Tharam genuit. Abrahamus natus est, cum Ninus primus Assyriorum rex annum sui regni 43 ageret. eodem tempore apud Aegyptios decimus sextus rex agebat; qua tempestate Thebani regnabant. Thara ergo annos natus 70 sustulit ex uxore sua Edna, quae filia fuit Abrahami, quem patruum Thara habuit, Abrahamum: ita enim eum mater de sui patris nomine appellavit, qui ante nepotis natales vita defunctus fuerat. praeterea etiam Thara Aramum et Nachorem procreavit. Abrahamus uxorem duxit Saram, sibi a patre coniunctam. hic solus, omnibus ubique hominibus cultu simulacrorum in errorem abductis, verum deum agnovit universique opificem praedicavit, primusque altare frontibus palma-

καὶ ἐλαιῶν ἐκύκλου, καὶ ἐπὶ αὐτοῦ πρώτως ὠνόμασται ἄγγελος ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ. καὶ παρ' αὐτοῦ Αἰγύπτιοι τὴν τῶν ἀστέρων θέσιν καὶ ποίησιν καὶ τὴν ἀριθμητικὴν ἐπιστήμην ἔμαθον.

Ὅτι τῷ κδ' ἔτει τῆς ἡλικίας αὐτοῦ ὁ Ἀβραὰμ ἐπιγνοὺς τὸν τῶν ὅλων θεὸν προσεκύνει. ἄγγελος δὲ κυρίου ἐδίδαξεν αὐτὸν τὴν Ἑβραΐδα γλῶσσαν, καθὼς αὐτὸς ὁ ἄγγελος τῷ Μωϋσῇ εἶπεν,
P 27 ὡς ἐπὶ τῇ λεπτῇ κεῖται Γενέσει. καὶ ὁ Ἀρὰμ δὲ ἀγόμενος γυναῖκα ἐγέννησε τὸν Λώτ, θυγατέρα δὲ Μελχάν. ταύτην ὁ Ναχὼρ λαμβάνει γυναῖκα.

Ἤδη δὲ ἑξηκοστὸν ἔτος ἄγων ὁ Ἀβραάμ, ὡς οὐκ ἐδόκει τὸν πατέρα πείθειν καὶ τοὺς ἄλλους οἰκείους τῆς περὶ τὰ εἴδωλα ἀποσχέσθαι δεισιδαιμονίας, λανθάνει νυκτὸς τῶν εἰδώλων ἐμπρήσας τὸν οἶκον. αὐτῶν δὲ ἐξαναλουμένων οἱ ἀδελφοὶ νοήσαντες ἀναπηδῶσι, βουλόμενοι ἐκ μέσου τοῦ πυρὸς ἐξελέσθαι τὰ εἴδωλα. φιλοτιμότερον δὲ ὁ Ἀρὰμ τῷ πράγματι προσφερόμενος ἐν μέσῳ διαφθείρεται τοῦ πυρός. καὶ θάψας αὐτὸν ὁ ἀγαλματοποιὸς
B πατὴρ ἐν Ὢρ τῇ πόλει Χαλδαίων μετανίσταται καὶ εἰς Χάρραν τῆς Μεσοποταμίας ἔρχεται. ἔνθα ὁ Ἀβραὰμ δεκαπέντε ἔτη τῷ πατρὶ συνοικήσας ἐννοεῖ ποτὲ νυκτὸς ἐκ τῆς τῶν ἄστρων κινήσεως τοῦ ἐπιόντος καιροῦ κατασκέψασθαι τὴν ποιότητα· ἦν γὰρ οὐ μετρίως ὑπὸ τοῦ πατρὸς ἅπασαν τὴν τοιαύτην ἐξασκηθεὶς ἐπιστήμην. καὶ δὴ μετὰ τὴν ἑκάστου τῶν ζητουμένων διάγνωσιν, συνίησι περιττὴν ἅπασαν εἶναι τὴν τοιαύτην περιεργίαν· δύνασθαι γὰρ

rum et olearum cinxit; ac sub eo primum in sacra scriptura angelus nominatur; et ab ipso Aegyptii positum stellarum et effectionem numerorumque scientiam didicerunt.

Annum aetatis vigesimum quartum agens Abrahamus agnitum universi opificem adoravit. angelus autem dei docuit eum Ebraicum sermonem, sicuti idem angelus Mosi dixit, ut est in parva Genesi. sed et Aramus uxore ducta Lotum genuit ac filiam Melcham, quae Nachori nupsit.

Ὅτι ἐλάλησε Σολομῶν περὶ τῶν ξύλων τῶν ἀπὸ τῆς κέδρου τοῦ Λιβάνου καὶ ἕως τῆς ὑσώπου τῆς ἐκπορευομένης διὰ τοῦ τείχους, καὶ περὶ τῶν κτηνῶν καὶ τῶν ἑρπετῶν καὶ τῶν πετεινῶν καὶ τῶν ἰχθύων, τὰς δυνάμεις καὶ τὰς ἐνεργείας αὐτῶν, καθὼς Ἰώσηπος μαρτυρεῖ. ἀλλὰ καὶ ἐπῳδὰς καὶ ἐξορκισμοὺς κατὰ δαι- P 93
μόνων ἐπενόησεν, αἷς χρώμενοί τινες Ἰουδαῖοι τούτους ἐξήλαυνον· δακτύλιον γὰρ ἔχοντά τινα σφραγῖδα καὶ ῥίζαν ἐξ ὧν ὑπέδειξε Σολομῶν, ἐν ῥινὶ ὑποθέντες ὀσφραίνεσθαι τὸν πάσχοντα παρεσκεύαζον, ὧν τῇ δυνάμει εὐθὺς τὸ δαιμόνιον ἐξέλκεσθαι. σημεῖον δὲ τούτου ἦν ποτήριον μεστὸν ὕδατος ἢ ἕτερόν τι ἀγγεῖον, ὃ πάντως συνέτριβε φεῦγον τὸ δαιμόνιον.

Μετὰ γοῦν τὸ συντελέσαι τὸν οἶκον κυρίου Σολομῶν ἐνεκαίνισεν αὐτόν, θύσας μόσχους χιλιάδας κβʹ καὶ πρόβατα χιλιάδας ρκʹ, καὶ ἐποίησε μεγάλην ἑορτὴν ἡμέρας ἑπτά. τῇ δὲ ὀγδόῃ ἡμέρᾳ εὐλογήσας τὸν λαὸν ἐξαπέστειλε. καὶ μετὰ τὸ προσεύξα- B
σθαι αὐτὸν ὑπὲρ τοῦ λαοῦ καὶ τοῦ ναοῦ ὤφθη αὐτῷ ὁ κύριος λέγων "ἤκουσα τῆς φωνῆς τῆς προσευχῆς σου, καὶ ἡγίακα τὸν οἶκον τοῦτον ὃν ᾠκοδόμησας, τοῦ θέσθαι τὸ ὄνομά μου ἐκεῖ εἰς τὸν αἰῶνα· καὶ ἔσονται οἱ ὀφθαλμοί μου ἐκεῖ καὶ ἡ καρδία μου πάσας τὰς ἡμέρας. καὶ σὺ ἐὰν πορευθῇς ἐνώπιόν μου καθὼς ἐπορεύθη Δαβὶδ ὁ πατήρ σου ἐν ὁσιότητι καὶ εὐθύτητι καρδίας, τοῦ

neque alteri vivus infans obtingeret. pronuntiat ergo Solomon vivum infantem ei esse mulieri dandum, quae eum mori noluisset: hanc enim esse eius matrem.

Disseruit Solomon de stirpibus a cedro Libani usque ad hyssopum ex muro enascentem; item de pecudibus, iisque quae humi repunt, de volucribus et piscibus, vires eorum atque actiones explicans, uti Iosephus refert. incantationes quoque et excantationes daemonum invenit, quibus quidam Iudaei utentes daemonas exigebant. naribus eius qui a daemonio obsidebatur annulum quendam, in cuius pala radix erat a Solomone ad hos usus demonstrata, adhibebant, ut olfaceret: eius vi statim daemon expellebatur. argumento erat poculum aut aliud vas aqua plenum, quod fugiendo daemon comminuebat.

Solomon templum dei cum absolvisset, dedicavit, mactatis ad sacrificia vitulorum 22 milibus, ovium milibus 120. diesque festos septem splendide egit: octavo populum fausta comprecatus dimisit. post peractas pro templo et populo deprecationes, deus ei apparuit, itaque est fatus (2 Reg. 9) "exaudivi vocem tuae precationis, templumque, quod construxisti, consecravi, ut in eo nomen meum collocem in sempiternum; atque perpetuo erunt oculi mei et cor meum. tu quoque, si ad exemplum patris tui Davidi te in conspectu meo geras sancte et sincero

ποιεῖν κατὰ πάντα ἃ ἐνετειλάμην αὐτῷ, καὶ τὰ προστάγματά μου καὶ τὰς ἐντολάς μου φυλάξεις, ἀναστήσω τὸν θρόνον τῆς βασιλείας σου ἐπὶ Ἰσραὴλ εἰς τὸν αἰῶνα, καθὼς ἐλάλησα τῷ πατρί σου λέγων 'οὐκ ἐξαρθήσεται ἀνὴρ ἡγούμενος ἐν Ἰσραήλ.' ἐὰν δὲ
C ἀποστραφέντες ἀποστραφῆτε ὑμεῖς καὶ τὰ τέκνα ὑμῶν ἀπ' ἐμοῦ, καὶ μὴ φυλάξητε τὰς ἐντολάς μου, καὶ πορευθῆτε καὶ δουλεύσητε θεοῖς ἑτέροις καὶ προσκυνήσητε αὐτοῖς, ἐξαρῶ τὸν Ἰσραὴλ ἀπὸ τῆς γῆς ἧς ἔδωκα αὐτῷ, καὶ τὸν οἶκον τοῦτον ὃν ἡγίασα τῷ ὀνόματί μου ἀπορρίψω ἐκ προσώπου μου· καὶ ἔσται Ἰσραὴλ εἰς ἀφανισμὸν καὶ εἰς λάλημα εἰς τὰ ἔθνη πάντα. καὶ ὁ οἶκος οὗτος ὁ ὑψηλὸς καὶ μέγας, ἔσται πᾶς ὁ διαπορευόμενος δι' αὐτοῦ καὶ συριεῖ. καὶ ἐροῦσιν, ἀνθ' ὧν ἐγκατέλιπον κύριον τὸν θεὸν αὐτῶν καὶ ἀντελάβοντο θεὸν ἀλλότριον, διὰ τοῦτο ἐπήγαγε κύριος τὴν κακίαν ταύτην."

Τὴν δὲ πόλιν μεγίστην καὶ περικαλλῆ καταρτίσας, καὶ τὸ περίμετρον αὐτῆς ποιήσας στάδια τεσσαράκοντα, γινόμενα μίλια
D ἓξ ἥμισυ, δυσάλωτον πάντοθεν ταύτην κατεσκεύασε. περικλείσας γὰρ αὐτὴν τρισὶ τείχεσι καὶ φάραγξιν ἀπερρωγυίαις, κατάρρυτον ὕδασιν ὅλην ἐποίησεν, ὥστε ἐκ τῆς ἀπορροίας τοὺς κήπους αὐτῶν ἀρδεύεσθαι. σὺν τούτοις ἐποίησε θυρεοὺς χρυσοῦς ἐλατοὺς ὀκτακοσίους μεγάλους καὶ δόρατα τριακόσια καὶ ἕτερα ὅπλα χρυσᾶ πλεῖστα. καὶ μέντοι καὶ τὰ σκεύη αὐτοῦ καὶ οἱ λουτῆρες χρυσᾶ πάντα ὑπῆρχον, καὶ οὐκ ἦν ἀργύριον λογιζόμενον ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτοῦ. ὅτι ναῦς αὐτοῦ ἐπορεύετο εἰς Θαρσεῖς καὶ διὰ χρόνων

corde, atque omnia praecepta mandata et iussa mea obeas, solium regni tui in Israelicos confirmabo, ut sit perpetuum, quomodo patri tuo dixi nunquam defore qui Israelicum regnum gerat. sin autem vos et vestri posteri a me vos protinus avertetis, meisque praeceptis posthabitis alienos deos sequemini atque coletis, exscindam Israelicum populum de terra quam ei dedi, aedemque hanc quam nomini meo consecravi, a facie mea proiiciam. atque Israelus quidem peribit, ludibrioque erit et fabula omnibus nationibus: aedes autem haec sublimis et magna ab omnibus qui praeteribunt subsannabitur. itaque dicent mortales: quia dominum deum suum deseruerunt Israelici et alienos deos adsciverunt sibi, ideo dominus hanc calamitatem ipsis intulit."

Porro urbem Solomon maximam pulcherrimamque fecit, ita ut ambitus eius esset stadiorum 40, quae conficiunt miliaria 6 s, reddiditque eam prorsus inexpugnabilem. nam et tribus muris eam cinxit et fossis abruptis, totamque aquis perflui fecit, quarum decursu horti rigarentur. ad haec scuta ex auro ductili magna 800 fecit, hastas 300, aliamque armaturam auream plurimam: quin et vasa ipsius et lavacra omnia aurea erant, neque ipsius aetate in pretio aliquo argentum habebatur. navem quoque habebat, quae Tarses petebat, ac triennio quoque re-

τριῶν ἤρχετο, φέρουσα χρυσίον πολὺ καὶ ἀργύριον καὶ λίθους τορευτοὺς καὶ ὀδόντας ἐλεφάντων καὶ πιθήκους. καὶ ἔδωκε Σολομῶν (P 94) τὸ χρυσίον καὶ τὸ ἀργύριον ἐν Ἱερουσαλὴμ ὡς λίθους, καὶ τὰς κέδρους ὡς συκαμίνους εἰς πλῆθος. τὸ δέ γε ἄριστον αὐτοῦ ἦν καθ' ἡμέραν κόροι σεμιδάλεως λ' (ὁ δὲ κόρος ἐποίει μόδια λ') καὶ κόροι ἀλεύρου κεκοπανισμένου ξ', μόσχοι ἐκλεκτοὶ δέκα, βόες νομάδες ὀκτὼ καὶ πρόβατα ἑκατόν, ἐκτὸς ἐλάφων καὶ ὀρνίθων ἐκλεκτῶν καὶ σιτευτῶν. περὶ δέ γε τῆς πολλῆς φρονήσεως αὐτοῦ καὶ σοφίας, ἧς εἴληφε παρὰ θεοῦ τοῦ ὀφθέντος αὐτῷ δίς, ἄκουσον τί πάλιν ὁ θεός φησι πρὸς αὐτόν "ἰδού, δέδωκά σοι καρδίαν φρονίμην καὶ σοφήν· ὡς σύ, οὐ γέγονεν ἔμπροσθέν σου, καὶ μετά σε οὐκ ἀναστήσεται ὅμοιός σοι. καὶ πλοῦτον καὶ δόξαν (B) καὶ χρήματα δώσω σοι." καὶ τοῦτο δηλοῦσα ἡ γραφὴ ἐπάγει λέγουσα "ἔδωκε κύριος φρόνησιν τῷ Σολομῶντι, καὶ σοφίαν πολλὴν σφόδρα, καὶ χύμα καρδίας ὡς ἡ ἄμμος ἡ παρὰ τὴν θάλασσαν." εἰκότως οὖν ἐκ παραλλήλου καὶ τῶν πάλαι γεγενημένων ἀρίστων σοφῶν ἐμνήσθη, καὶ τοὺς Αἰγυπτίους προστέθεικεν ὡς δοκοῦντας παρὰ πᾶσιν εἶναι σοφούς τε καὶ φρονίμους. καὶ γὰρ ὡς Ἕλληνες ἱστοροῦσι, καὶ Φερεκύδης ὁ Σύριος καὶ Πυθαγόρας ὁ Σάμιος καὶ Ἀναξαγόρας ὁ Κλαζομένιος καὶ Πλάτων ὁ Ἀθηναῖος πρὸς τούτους ἐξεδήμησαν, θεολογίαν καὶ φυσιολογίαν ἀκριβεστέραν μαθήσεσθαι παρ' αὐτῶν ἐλπίσαντες. καὶ δὴ καὶ περὶ τοῦ Μωϋσέως διεξιὼν ὁ θεῖος λόγος ἔφη ὅτι ἐπαιδεύθη ἐν πάσῃ σοφίᾳ (C)

versa multum auri argentique apportabat, et lapides tornatos, ebur ac simias. reposuit autem Solomon Ierusalemae aurum et argentum in tanta multitudine quanta solet esse lapidum, cedrosque ea copia quae est sycaminorum. quotidie in prandium eius insumebantur similae cori 30 (corus 30 modios continet), farinae cribratae cori 60, vituli electi 10, boves qui in pascuis aluntur 8, oves 100, praeter cervos atque aves electas et altiles. de ingenti autem ipsius sapientia, quam a deo bis ipsi viso accepit, audi quid rursus ad ipsum dominus dicat. "ecce dedi tibi cor prudens ac sapiens: tui similis neque ante te fuit neque erit post te. divitias quoque gloriam et opes tibi dabo." idque declarans scriptura sic infert (3 Reg. 3. 4) "dedit dominus Solomoni intelligentiam sapientiamque summam, corque tot rerum peritia instructum quantus est arenae in litore maris numerus." consentaneum itaque est, quod comparatur atque praefertur et iis qui apud priscos fuerant sapientes habiti ac praestantissimi, et ipsis Aegyptiis, qui apud omnes nomen sapientum habent. nam sicuti Graeci narrant, Pherecydes Syrius, Pythagoras Samius, Anaxagoras Clazomenius Platoque Atheniensis ad Aegyptios profecti sunt spe rerum divinarum ac naturae cognitionem ex ipsis accuratiorem discendi. et quidem de Mose sacrae literae testantur, fuisse eum institutum omnibus Aegyptiorum scientiis. horum

Αἰγυπτίων. τούτους, φησίν, ἅπαντας ὁ Σολομῶν ἀπέκρυψεν ἅτε θεόθεν τῆς σοφίας τὸ δῶρον δεξάμενος. ὅθεν ἐπήγαγε "καὶ ἐσοφίσατο ὑπὲρ πάντας ἀνθρώπους, καὶ ἐλάλησε τρισχιλίας παραβολάς, καὶ ἦσαν αἱ ᾠδαὶ αὐτοῦ πεντακισχίλιαι, καὶ ἐλάλησε περὶ τῶν ξύλων τῶν ἀπὸ τῆς κέδρου τῆς ἐν τῷ Λιβάνῳ καὶ ἕως τῆς ὑσσώπου τῆς ἐκπορευομένης διὰ τοῦ τοίχου, καὶ ἐλάλησε περὶ τῶν κτηνῶν καὶ τῶν ἑρπετῶν καὶ τῶν πετεινῶν καὶ περὶ τῶν ἰχθύων." ἀφ' ὧν οἱ τῶν Ἑλλήνων ἰατροσοφισταὶ σφετερισάμενοι καὶ τὰς ἀφορμὰς εἰληφότες τὰς οἰκείας συνεστήσαντο τέχνας. ταύτας ἀφανεῖς ἐποίησεν Ἐζεκίας ὁ βασιλεύς, ἐπειδὴ τὰς θεραπείας τῶν
D νοσημάτων ἔνθεν κομιζόμενος ὁ λαὸς περιώρα τὰς ἰάσεις αἰτεῖν παρὰ θεοῦ. καὶ ἐμεγαλύνθη Σολομῶν ὑπὲρ πάντας τοὺς βασιλεῖς τῆς γῆς πλούτῳ καὶ φρονήσει· καὶ πάντες οἱ βασιλεῖς ἐζήτουν ἰδεῖν τὸ πρόσωπον αὐτοῦ καὶ ἀκοῦσαι τῆς φωνῆς αὐτοῦ, καὶ παρεγίνοντο φέροντες ἕκαστος κατ' ἐνιαυτὸν τὰ δῶρα αὐτῶν, σκεύη χρυσᾶ καὶ ἱματισμὸν καὶ ἡδύσματα καὶ ἵππους καὶ ἡμιόνους. καὶ ἦσαν αὐτοῦ χίλια τετρακόσια ἅρματα, καὶ ἵπποι θήλειαι τοκάδες χιλιάδες τεσσαράκοντα, καὶ ἵπποι εἰς ἅρματα χιλιάδες δώδεκα. καὶ ἦν ἡγούμενος τῶν βασιλέων πάντων ἀπὸ τοῦ
P 95 ποταμοῦ Εὐφράτου ἕως γῆς ἀλλοφύλων καὶ ἕως τῶν ὁρίων Αἰγύπτου.

Καὶ βασίλισσα Σαβᾶ, ἥτις ἐλέγετο Σίβυλλα παρ' Ἕλλησιν, ἀκούσασα τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἦλθεν εἰς Ἱερουσαλὴμ πειράσαι αὐτὸν ἐν αἰνίγματι, καὶ κάμηλοι αἴρουσαι ἡδύσματα πολλὰ καὶ ἐξαίρετα

ergo omnium, inquit scriptura, luminibus offecit Solomon utpote divinitus sapientia donatus. itaque additur "et sapientia antecellebat omnes homines. dixit tria milia parabolarum, carmina composuit 600. disseruit de arboribus a cedro Libani, usque ad hyssopum qui de pariete enascitur. locutus est de pecudibus, de repentibus, de volucribus, de piscibus." ex scriptis eius Graeci qui Iatrosophistae vocantur, rei medicae scriptores, materiam et argumenta suffurati artes suas conscripserunt. libros Solomonis rex Ezechias de medio sustulit, cum morborum remedia ex his populus petens a deo sanationem flagitare negligeret. Solomon magnitudine divitiarum ac sapientiae supra omnes reges terrae elatus fuit; omnesque reges faciem eius videre ac vocem audire cupiebant; veniebantque ferentes singuli quotannis munera sua, vasa aurea vestem aromata equos mulas. habebat currus 1400, equas fecundas 40000, equorum ad currus 12000. praeerat autem omnibus regibus a fluvio Euphrate usque ad terram barbarorum et fines Aegypti.

Ac regina Sabae, quae a Graecis Sibylla dicta fuit, audita eius fama Hierosolyma advenit, ut proposita quaestione de sapientia eius periculum faceret. multa cameli aromata portabant ac eximia, mul-

καὶ χρυσὸν πολὺν καὶ λίθους τιμίους, καὶ ἐν δυνάμει βαρείᾳ σφόδρα. καὶ εἰσελθοῦσα πρὸς αὐτόν, καὶ λαλήσασα αὐτῷ πάντα ὅσα ἦν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῆς, καὶ πάντα διέλυσεν αὐτῇ ἐν συντάξει λόγων καὶ ἑρμηνείᾳ λεπτοτάτῃ. ἡ δὲ προσέθετο τοῦ πειράσαι αὐτὸν καὶ ἐν τούτῳ. εὐόπτους γὰρ παῖδας ἄρρενάς τε καὶ θηλείας ὁμοιοτρόπῳ στολῇ καὶ κουρᾷ τῇ αὐτῇ περικαλλωπίσασα B
παρέστησεν αὐτῷ, ζητοῦσα ἑκατέρου γένους διάκρισιν ποιήσασθαι· ἦν γὰρ καὶ αὐτὴ ἡ Σίβυλλα πάνυ ἐπ᾽ ἀγχινοίᾳ τε καὶ σοφίᾳ καὶ πολυπειρίᾳ διαβόητος. ὡς δὲ ὁ βασιλεὺς νίψασθαι τούτοις προσέταξε τὸ πρόσωπον, τὴν φύσιν ἑκατέρων διέγνωκε, τῶν μὲν ἀρρένων εὐτόνως καὶ ἀνδρικῶς τὰς ὄψεις καταψυχόντων, τῶν δὲ θηλειῶν ἁπαλῶς καὶ ἀπειρημένως. ὡς τὴν βασίλισσαν καταπλαγεῖσαν πάνυ ἔκ τε τῶν αὐτοῦ καὶ τῶν περὶ αὐτὸν καὶ ἐξ ἑαυτῆς γενομένων εἰπεῖν "ἀληθὴς ὁ λόγος ὃν ἤκουσα ἐν τῇ γῇ μου, καὶ οὐκ ἔστι τὸ ἥμισυ καθὼς ἀπηγγέλη μοι· πλείονα γὰρ ἑώρακα ὑπὲρ C
ἃ ἤκουσα. μακάριαι γοῦν αἱ γυναῖκές καὶ οἱ παῖδές σου, οἱ παρεστηκότες οὗτοι ἐνώπιόν σου καὶ ἀκούοντες τοὺς λόγους τῆς φρονήσεώς σου." καὶ δοῦσα αὐτῷ χρυσίου τάλαντα ἑκατὸν εἴκοσι καὶ ἡδύσματα πολλὰ καὶ λίθους τιμίους καὶ δὴ καὶ τὴν τοῦ ὀποβαλσάμου ῥίζαν, ἀφ᾽ οὗ ἡ Παλαιστίνη τοῦτο γεώργιον ἔσχεν, ὥς φησιν Ἰώσηπος, ὑπέστρεψεν εἰς τὴν γῆν αὐτῆς ὑπερεκπληττομένη λίαν. περὶ ἧς καὶ ὁ κύριος ἔφη "βασίλισσα νότου ἦλθεν ἐκ τῶν περάτων τῆς γῆς ἰδεῖν τὴν σοφίαν Σολομῶντος." πρὸς

4 γλυκυτάτῃ margo P 14 γενομένην?

tamque auri et gemmarum, ac magno admodum eum apparatu accedebat. postquam coram cum Solomone est quae voluit locuta, isque ei omnia sermone composito et elegantissima interpretatione dissolvit, denuo eum sic tentavit. formosos pueros et formosas puellas eodem vestitu et ornatu instructos coram eo constituit, petiitque ut inter sexum internosceret: nam et ipsa Sibylla ob ingenii promptitudinem sapientiamque et rerum multarum peritiam magni erat nominis. rex omnes lavare faciem iussit, itaque discrimen sexus deprehendit, cum mares fortiter atque valide facies tergerent, femellae teneriter et timide. itaque regina omnino stupefacta propter ea quae ab ipso et eius familia et a se ipsa erant facta, dixit "verus est sermo quem in terra mea audivi, tametsi mihi ne dimidia quidem pars renuntiata fuit: multo enim plura vidi quam inaudiveram. felices profecto mulieres et pueri qui coram te adstant tuosque sapientes sermones audiunt." proinde cum Solomonem 120 talentis auri, multis aromatibus atque gemmis, nec non opobalsami radice donasset, unde eam stirpem in Palaestina propagari coeptam Iosephus refert, ingenti admiratione perculsa domum rediit. de hac etiam dominus dixit ab extremis terrae finibus austrinam venisse reginam, ut sapientiam Solomonis cerneret. et Sirachus sapien-

D *ὃν μέντοι καὶ Σιρὰχ ὁ σοφώτατος ἔλεγε "Σολομῶν, ἐσοφίσθης ἐν νεότητί σου, καὶ ἐνεπλήσθης ὡς ποταμὸς συνέσεως. γῆν ἐπεκάλυψεν ἡ σοφία σου, καὶ ἐνέπλησας ἐν παραβολαῖς αἰνιγμάτων. εἰς νήσους πόρρω καὶ μακρὰς χώρας ἀφίκετό σου τὸ μνημόσυνον, καὶ ἠγαπήθης ἐν τῇ εἰρήνῃ σου, ἣν κατέπαυσεν ὁ θεὸς κυκλόθεν. καὶ ᾠδαῖς καὶ παροιμίαις καὶ παραβολαῖς ἐθαυμαστώθης. καὶ συνήγαγες ὡς κασσίτερον τὸ χρυσίον, καὶ ὡς μόλιβδον ἐπλήθυνας ἄργυρον. ἀλλὰ παρέκλινας τὰς λαγόνας σου γυναιξί, καὶ ἐνεξουσιάσθης ἐν τῷ σώματί σου, καὶ ἔδωκας μῶμον ἐν τῇ δόξῃ σου, καὶ ἐβεβήλωσας τὸ σπέρμα σου, ἐπαγαγεῖν ὀργὴν ἐπὶ τὰ τέκνα σου." οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ καὶ αὐτὸς δι' ἑαυτοῦ σαφέστατα*
P 96 *περὶ τῆς ἰδίας σοφίας καὶ τοῦ πλούτου φησίν "ἐμοὶ δὲ δῴη ὁ θεὸς κατὰ γνώμην εἰπεῖν καὶ ἐνθυμηθῆναι ἀξίως τῶν λεγομένων, ὅτι αὐτὸς ὁ κύριος καὶ τῆς σοφίας ὁδηγός ἐστι καὶ τῶν σοφῶν διορθωτής. ἐν γὰρ χειρὶ αὐτοῦ καὶ ἡμεῖς καὶ οἱ λόγοι ἡμῶν. αὐτὸς γάρ μοι δέδωκε τῶν ὄντων τὴν γνῶσιν ἀψευδῶς, εἰδέναι σύστασιν τοῦ κόσμου καὶ ἐνεργείας στοιχείων, ἀρχὴν καὶ τέλος καὶ μεσότητα χρόνων, ἐνιαυτῶν κύκλους καὶ ἀστέρων θέσεις, φύσεις ζῴων καὶ θυμοὺς θηρίων, πνευμάτων βίας καὶ διαλογισμοὺς ἀνθρώπων, διαφορὰς φυτῶν καὶ δυνάμεις ῥιζῶν, ὅσα τέ ἐστι κρυπτὰ καὶ ἐμφανῆ ἔγνων. ὁ γὰρ πάντων τεχνίτης ἐδίδαξέ με*
B *σοφίαν. καὶ ἐγὼ ἐκκλησιαστὴς ἐγενόμην βασιλεὺς Ἰσραὴλ ἐν Ἱερουσαλήμ, καὶ ἔδωκα τὴν καρδίαν μου τοῦ ἐκζητῆσαι καὶ κα-*

tissimus ita eum alloquitur (Eccles. 47) "o Solomon, in inventute tua sapiens factus es, atque amnis instar scientia impletus. sapientia tua terram texit, eamque parabolis et subtilibus quaestionibus replevisti. longe in insulas et remotas terras tua memoria pervenit; carusque fuisti in quiete tua, divinitus paratis circum te regionibus. carmina tua, dicteria et parabolae admirationem tui excitarunt. aurum cupri instar collegisti, ac argentum ea copia ac si plumbum esset. enimvero lumbi tui mulieribus dediti fuerunt, tuoque es abusus corpore. quare gloriae tuae maculam inussisti, tuamque progeniem contaminasti, iratumque proli tuae deum reddidisti." ac ipse quidem suis verbis apertissime sapientiam divitiasque suas praedicat. "mihi" ait "deus largiatur ut recte cogitem atque eloquar quae dicuntur. ipse enim dominus et sapientiae dux est et sapientes dirigit: quippe in manu eius et nos sumus et rationes nostrae. ipse enim mihi veram rerum cognitionem dedit, ut scirem mundi exordium, elementorum actiones, principium, finem et medium temporum, annorum circuitiones, siderum positus, naturas animalium, saevitiem ferarum, vires ventorum, hominum cogitationes, plantarum differentias, radicum facultates. cognovi omnia et occulta et manifesta: nam opifex omnium instruxit me sapientia. ego concionator Hierosolymis, regnum in Israelicos gessi; induxique in animum meum perquirere

κατασκέψασθαι ἐν τῇ σοφίᾳ περὶ τῶν γενομένων πάντων ὑπὸ τὸν
οὐρανόν. καὶ ἰδοὺ ἐγὼ ἐμεγαλύνθην, καὶ προσέθηκα σοφίαν ἐπὶ
πᾶσιν οἳ ἐγένοντο ἔμπροσθέν μου ἐν Ἱερουσαλήμ, καὶ καρδία μου
εἶδε πολλά, σοφίαν καὶ γνῶσιν, καὶ ἔγνων παραβολὰς καὶ ἐπι-
στήμας, καὶ ἐμεγάλυνα τὰ ποιήματά μου, ᾠκοδόμησά μοι οἴκους
καὶ ἐφύτευσά μοι ἀμπελῶνας καὶ ἐποίησά μοι κήπους καὶ παρα-
δείσους, καὶ ἐφύτευσα ἐν αὐτοῖς ξύλον πάγκαρπον. ἐποίησά μοι
κολυμβήθρας ὑδάτων τοῦ ποτίσαι ἀπ' αὐτῶν δρυμῶνα βλαστόντα
ξύλα. ἐκτησάμην δούλους καὶ παιδίσκας, καὶ οἰκογενεῖς ἐγένοντό C
μοι, καί γε κτήσεις βουκολίου καὶ ποιμνίου ἐγένοντό μοι πολλαί,
ὑπὲρ πάντας τοὺς γενομένους ἔμπροσθέν μου ἐν Ἱερουσαλήμ. καί
γε σοφία μου ἐστάθη μοι. καὶ πᾶν ὃ ἂν ᾔτησαν οἱ ὀφθαλμοί μου,
οὐκ ἀφεῖλον ἀπ' αὐτῶν, καὶ οὐκ ἐπεκώλυσα τὴν καρδίαν μου
ἀπὸ πάσης εὐφροσύνης." καὶ γὰρ πολλῆς εἰρήνης καὶ πολυολ-
βίας ἀδείας τε καὶ τρυφῆς ἀπέλαυσεν· ἀλλ' ὕστερον εἰς πικρίαν
ἡ σπατάλη καὶ ἡ ἡδονὴ γέγονεν αὐτῷ, καὶ ὑπόθεσις ἀκολασίας.
ὅθεν φησὶν "ἐμίσησα σύμπασαν τὴν ζωήν μου καὶ πάντα τὸν
μόχθον μου, ὅτι πάντα ματαιότης. εὗρον γὰρ πικρότερον ὑπὲρ
τὸν θάνατον τὴν γυναῖκα, ἥτις ἐστὶ θήρευμα καὶ σαγήνη καρ- D
δίας." ταῦτά τοί φησι "καὶ ὁ βασιλεὺς Σολομῶν ἦν φιλογύ-
ναιος, καὶ ἦσαν αὐτῷ ἄρχουσαι ἑπτακόσιαι καὶ παλλακαὶ τρια-
κόσιαι. καὶ ἔλαβε γυναῖκας Μωαβίτιδας καὶ Ἀμανίτιδας, Σύρας
καὶ Ἰδουμαίας, Χετταίας καὶ Ἀμορραίας, ἐκ τῶν ἐθνῶν ὧν
ἀπεῖπε κύριος τοῖς υἱοῖς Ἰσραήλ. καὶ ἐγένετο ἐν καιρῷ γήρως

de omnibus, ac sapienter pervestigare omnia quae sub caelo fiunt. ecce sapientia auctus sum, eaque superavi omnes qui ante me fuerunt Hierosolymis, animusque meus multarum rerum cognitione fuit et sapientia praeditus, parabolis atque scientiis. magnifice omnia egi, domos mihi exstruxi, vineas consevi, hortos et pomaria confeci, inque iis omnis generis frugiferas arbores plantavi. piscinas mihi paravi, unde viridantia nemora rigarentur. acquisivi servos et ancillas, et vernae mihi nati sunt, item armenta ac greges copiose, quantum ante me Hierosolymis nemo possedit. sane et sapientia mea constitit, neque oculos meos ab ulla re desiderata ipsis abstinui, nullumque genus laetitiae cordi meo non permisi." nam sane ei datum fuit, ut alta pace, summa prosperitate, securitate ac vitae voluptatibus frueretur: verum luxus iste et delicata vita ad extremum acerbitati fuit, ac intemperantiae materies. itaque haec dicit "odio habui totam meam vitam omnesque aerumnas meas: omnia enim vana sunt. expertus enim sum mulierem morte esse amariorem, quia rete est et nassa illaqueando animo." de hac re ita scriptura narrat (1 Reg. 11) "ceterum rex Solomon mulierosus erat. fuerunt ei uxores principes 700, pellices 300. duxit enim uxores Moabitidas Amanitidas Syrias Idumaeas Chettaeas Amorraeas, nimirum illis de gentibus quarum coniugiis deus Israelico populo inter-

αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἦν ἡ καρδία μετὰ κυρίου θεοῦ αὐτοῦ καθὼς καὶ ἡ καρδία Δαβὶδ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, καὶ ἐξέκλιναν αἱ ἀλλότριαι γυναῖκες τὴν καρδίαν αὐτοῦ ὀπίσω θεῶν αὐτῶν. καὶ τότε ᾠκοδόμησε Σολομῶν ναὸν τῷ Χαμὼς εἰδώλῳ Μωάβ, καὶ τῇ Ἀστάρτῃ βδελύγματι Σιδονίων, καὶ τῷ Μελχὼμ προσοχθίσματι υἱῶν Ἀμών."
P 97 ἡ μὲν οὖν Ἀστάρτη ἐστὶν ἡ παρ' Ἕλλησιν Ἀφροδίτη λεγομένη, ὁ δὲ Χαμὼς θεὸς ἦν Τυρίων. "καὶ οὕτως ἐποίησε ταῖς ἀλλοφύλοις αὐτοῦ γυναιξὶ πάσαις, αἵτινες ἐθυμίων καὶ ἔθυον τοῖς εἰδώλοις αὐτῶν. καὶ ἐποίησε Σολομῶν τὸ πονηρὸν ἐνώπιον κυρίου, καὶ οὐκ ἐπορεύθη ὀπίσω κυρίου ὡς Δαβὶδ ὁ πατὴρ αὐτοῦ. καὶ ὠργίσθη κύριος ἐπὶ Σολομῶν, ὅτι ἐξέκλινεν ἡ καρδία αὐτοῦ ἀπὸ κυρίου θεοῦ Ἰσραὴλ τοῦ ὀφθέντος αὐτῷ δὶς καὶ ἐντειλαμένου αὐτῷ μὴ πορεύεσθαι ὀπίσω θεῶν ἑτέρων τὸ παράπαν. καὶ εἶπε κύριος πρὸς αὐτόν 'ἀνθ' ὧν οὐκ ἐφύλαξάς μου τὰς ἐντολὰς καὶ τὰ προστάγματα ἃ ἐνετειλάμην σοι, διαρρήσσων διαρρήξω τὴν βασι-
B λείαν ἐκ χειρός σου, καὶ δώσω αὐτὴν τῷ δούλῳ σου· πλὴν ἐν ταῖς ἡμέραις σοῦ τοῦτο οὐ ποιήσω, διὰ Δαβὶδ τὸν δοῦλόν μου καὶ πατέρα σου, καὶ διὰ Ἱερουσαλὴμ τὴν πόλιν μου, ἣν ἐξελεξάμην. καὶ ἤγειρε κύριος τῷ Σολομῶντι Σατὰν Ἄδερ τὸν Ἰδουμαῖον καὶ τὸν Ἐδρααζὰρ βασιλέα Σουβᾶ, καὶ ἦσαν τῷ Ἰσραὴλ Σατὰν πάσας τὰς ἡμέρας Σολομῶντος. καὶ ἀπέθανε Σολομῶν ἐτῶν ογ', καὶ ἐτάφη μετὰ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ." ἐφ' οὗ ἦν Ὅμηρος καὶ Ἡσίοδος.

dixerat. cum aetas ipsius iam esset gravis, animum non gessit exemplo patris sui Davidi rectum erga dominum deum suum: sed eum alienigenae uxores averterunt, ut ipsarum deos amplecteretur. itaque tunc Solomon delubra condidit Chamoso Moabico, Astartae Sidoniorum, et Melchomo Ammonitarum, abominandis ac deo invisis deastris." Astarte est quam Venerem nos dicimus: Chamosum pro deo Tyrii habebant. "eoque modo fecit in gratiam omnium alienigenarum uxorum; eaeque suffitibus et sacrificiis simulacra sua venerabantur. ea ergo fecit Solomon, quae deo displicerent, neque in eo colendo vestigia Davidi patris sui secutus est. succensuit itaque dominus Solomoni, quod a se Israelicorum deo animum abalienasset, bis ipsi viso, et interminato ne quem omnino peregrinum deum sectaretur. denuntiavitque ei deus, quando iussa ac mandata sua sprevisset, se regnum ideo ex manu ipsius abreptum servoque eius traditurum; atque id quidem propter Davidum ipsius patrem, suum famulum, vivo ipso non facturum, itemque propter Hierosolyma, urbem a se delectam. excitavitque deus Solomoni adversarium Adarem Idumaeum atque Hedraazarem regem Subensem, qui Israelicos infestaverunt quamdiu vixit Solomon. mortuus est anno aetatis 73, inque sepulcro patris depositus." sub eo Homerus fuit ac Hesiodus.

Θαυμάσειε δ' ἄν τις καὶ μάλα εἰκότως, ὥσπερ ἐπὶ τοῦ
θειοτάτου Μωϋσέως, οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦδε τοῦ σοφωτάτου Σολο-
μῶντος, πῶς ἑκάτερος αὐτῶν τοσαύτης πάλαι θείας δόξης καὶ C
προμηθείας ἀξιωθεὶς ὕστερον ὁ μὲν εἰς ἀγανάκτησιν καὶ λύπην
τὸν θεὸν κινήσας τῆς ἐπαγγελίας ἐξέπεσεν, ὁ δὲ εἰς ὀργὴν καὶ θυ-
μὸν ἐγείρας αὐτὸν τούς τε προειργασμένους ἀρίστους πόνους ἄρ-
δην ἐζημίωτο καὶ τὴν ψυχὴν προσαπώλεσε. ποῦ γὰρ ἡ τοιαύτη
πρὸς θεὸν οἰκείωσις καὶ παρρησία καὶ οἱ τοσοῦτοι καὶ τηλικοῦτοι
πόνοι καὶ κόποι καὶ ἀγῶνες τοῦ θεσπεσίου Μωϋσέως; οἵτινες διὰ
τὴν ἐπὶ τοῦ ὕδατος τῆς ἀντιλογίας ἁμαρτίαν παρωράθησαν, καὶ
τῆς εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας εἰσόδου ἀθρόως ὁ δίκαιος καὶ
ἀσυγχωρήτως ἀπεστέρητο, καθὼς καὶ ἔμπροσθεν εἴρηται. ποῦ
δὲ καὶ ἡ πρὸς τὸν Σολομῶντα θεία φιλοστοργία καὶ ἡ τοσαύτη D
χάρις τε καὶ σοφία, καὶ τίς ἡ ὠφέλεια τῆς πολλῆς ἐκείνης φρονή-
σεως καὶ συνέσεως, καὶ ἡ προλαβοῦσα τοιαύτη νηφαλιωτάτη
ἔννοια καὶ θεολογία καὶ φυσιολογία, ἔσχατον ἐκ γυναικομανίας
εἰς εἰδωλομανίαν ἐκπεπτωκότος, ὡς σαφῶς δεδήλωται. τῷ ὄντι
γὰρ οὐδὲν ὄφελος, ἐναρξάμενον πνεύματι σαρκὶ ἐπιτελέσαι. ἕως
μὲν γὰρ ἀπήλαυε Σολομῶν τῆς ἄνωθεν προμηθείας, ἐν εἰρήνῃ
καὶ γαλήνῃ διῆγε, πάντας ἔχων ὑποκειμένους, καθὼς προείρηται,
καὶ δασμὸν κομίζοντας ὅτι μάλιστα· ἐπειδὴ δὲ ταύτης ἐγυμνώθη,
τοῖς δυσμενέσιν εὐεπιχείρητος γέγονεν. ἀληθῶς ὄντως φοβερὸν τὸ
ἐμπεσεῖν εἰς χεῖρας θεοῦ ζῶντος. ὥσπερ γὰρ ὁ ἔλεος ἄρρητος, P 98

Miretur aliquis optimo iure quid causae fuerit quod et divinissimus Moses et hic sapientissimus Solomon, cum utrumque eorum ante deus tanto honore atque procuratione dignatus fuisset, tandem tamen alter, dei indignatione atque dolore excitato, promissae sibi rei impos factus est, alter, cum irritasset deum, praemio priorum eorumque optimorum laborum multatus, animam quoque insuper perdidit. quorsum enim reciderunt tanta cum deo familiaritas, tanta in eo compellando libertas, tot tantique labores, ac tam gravia et multa certamina divini Mosis? quae omnia ob peccatum apud aquam iurgii admissum posthabita sunt; atque ipse introitu in promissam terram, homo iustus, prorsus et irretractabili sententia privatus fuit, uti supra est commemoratum. quorsum dei erga Solomonem amor tantus tantaque gratia et sapientia? quid tam ingens prudentia atque intelligentia profuit, ac sobriissima divinarum humanarumque rerum consideratio et cognitio, cum is ad extremum ex insano mulierum amore ad impios falsorum deorum cultus sit prolapsus? sicuti demonstravimus. nimirum revera non prodest spiritu coepisse, ubi carne absolvere velis (Galat. 3). quippe Solomon, quamdiu divinae providentiae commodis fretus fuit, eatenus pacatam ac tranquillam vitam egit, omnes, ut diximus, subditos ac stipendiarios habens. destitutus ab ea facilis vexatu hostibus fuit. adeo verum est, terribile esse in manus dei incidere viventis (Ebr. 10): cuius ut ineffa-

οὕτω καὶ ἡ κόλασις ἀνυπόστατος. ὅτι δὲ τοῖς εἰδώλοις ἐλάτρευσε, καταλείψας τὸν ὄντως ὄντα θεὸν τοῦ πατρὸς αὐτοῦ Δαβίδ, εὔδηλον ἐξ ὧν καὶ Ἀχίας ὁ προφήτης ἔφη πρὸς τὸν Ἱεροβοάμ. "τάδε λέγει κύριος· ἰδοὺ ἐγὼ ῥήσσω τὴν βασιλείαν ἐκ χειρὸς Σολομῶντος, καὶ δώσω σοι τὰ δέκα σκῆπτρα, καὶ δύο σκῆπτρα δώσω αὐτῷ διὰ Δαβὶδ τὸν δοῦλόν μου καὶ Ἱερουσαλὴμ τὴν πόλιν μου, ἣν ἐξελεξάμην ἐκ πασῶν τῶν φυλῶν Ἰσραήλ, ἀνθ' ὧν ἐγκατέλιπέ με, καὶ ἐδούλευσε τῇ Ἀστάρτῃ βδελύγματι Σιδονίων, καὶ τῷ Χαμὼς εἰδώλῳ Μωάβ, καὶ τῷ Μελχὼμ προσοχθίσματι υἱῶν
B Ἀμών, * καὶ γυναῖκας ἀλλοτρίας πολλάς. καὶ ἔτι ἔλαβε τὴν θυγατέρα Φαραὼ ἐκ τῶν ἐθνῶν ὧν ἀπεῖπε κύριος τοῖς υἱοῖς Ἰσραήλ, οὐκ εἰσελεύσεσθε ἐν αὐτοῖς, καὶ αὐτοὶ οὐκ εἰσελεύσονται εἰς ὑμᾶς, ἵνα μὴ ἐκκλίνωσι τὰς καρδίας ὑμῶν ὀπίσω τῶν εἰδώλων αὐτῶν. καὶ ἔκλιναν αὐτοῦ τὴν καρδίαν ἐν καιρῷ γήρως αὐτοῦ ὀπίσω τῶν θεῶν αὐτῶν. καὶ ᾠκοδόμησεν ὑψηλὸν τῷ Χαμὼς εἰδώλῳ Μωὰβ ἐν τῷ ὄρει, ἐπὶ προσώπου Ἱερουσαλήμ, καὶ τῷ Μελχὼμ εἰδώλῳ υἱῶν Ἀμών, καὶ τῇ Ἀστάρτῃ βδελύγματι Σιδονίων· καὶ οὕτως ἐποίησε πάσαις ταῖς γυναιξὶν αὐτοῦ ταῖς ἀλλοτρίαις, αἳ ἐθυμίων καὶ ἔθυον τοῖς εἰδώλοις αὐτῶν. καὶ ὠργίσθη κύριος τῷ Σολομῶντι, καὶ εἶπεν· ἀνθ' ὧν οὐκ ἐφύλαξας τὰ
C προστάγματά μου ἃ ἐνετειλάμην σοι, διαρρήσσων διαρρήξω τὴν βασιλείαν σου ἐκ χειρός σου, καὶ δώσω αὐτὴν τῷ δούλῳ σου· πλὴν ἐν ταῖς ἡμέραις σου οὐ ποιήσω ταῦτα, οὐδὲ ὅλην τὴν βασιλείαν

bilis est misericordia, ita et intolerabiles sunt poenae. porro autem in promptu est Solomonem derelicto vero deo patris sui Davidi simulacris divinum detulisse honorem, cum haec sint verba Achiae vatis ad Ieroboamum (3 Reg. 11) "ecce ego abrumpo regnum ex manu Solomonis. tibi decem tribus dabo: duas ipsi relinquam, in gratiam Davidi servi mei ac Hierosolymorum urbis meae, quam de omnibus Israelicis tribubus mihi delegi. causa est, quod me spreto Astartam Sidoniorum, Chamosum Moabitarum, et Melchomum Ammonitarum abominanda simulacra divino cultu honoravit." duxit autem Solomon uxores multas alienigenas, et tandem etiam Pharaonis filiam, nuptiis contractis cum gentibus quarum affinitatibus et necessitudine deus interdixerat ob hanc rem, ne eae Israelicorum animos ea occasione a deo ad simulacrorum impium cultum abducerent. quod quidem Solomoni provecta iam aetate a suis uxoribus accidit, adeo ut Chamoso delubrum exstrueret sublime in monte e regione Hierosolymae, itemque Melchomo et Astartae, Moabitarum Ammonitarum et Sidoniorum detestandis simulacris. atque eodem modo singulis suis peregrinis uxoribus est gratificatus, simulacra sua adolendo et sacrificando colentibus. iratus itaque deus Solomoni dixit, quando is praecepta sua non observasset, se vicissim regnum ei de manibus ereptum servo ipsius traditurum, tametsi hoc ipso vivo non

λήψομαι. σκῆπτρον ἓν δώσω σοι διὰ Δαβὶδ τὸν δοῦλόν μου καὶ
διὰ τὴν βασιλείαν ἣν ἐξελεξάμην."

Ἀποθανόντι δὲ τῷ Δαβὶδ ἐποίησε Σολομῶν μνημεῖον παρὰ
τῷ Σιλωὰμ ἀντρῶδες διὰ βάθους, πρὸς τὸ μὴ ὁρᾶσθαι μεμη-
χανημένον. συγκατώρυξε δὲ τῷ πατρὶ καὶ χρυσίου πολλὰς μυ-
ριάδας, ὡς Ἰώσηπός φησιν. ἐκεῖ καὶ αὐτὸς ὁ Σολομῶν ἀποθα-
νὼν ἐτάφη. φασὶ δὲ καὶ Ὑρκανὸν ὕστερον τὸν ἱερέα, τῆς πό-
λεως πολιορκουμένης, ἀνοῖξαι τὸ μνημεῖον καὶ χρυσοῦ τρισχίλια D
τάλαντα ἐκεῖθεν ἐκφορῆσαι. ἀλλὰ καὶ Ἡρώδην μετ' αὐτὸν ἀνοῖξαι
μὲν τὸν τάφον, χρήματα δὲ μὴ εὑρεῖν· κόσμον δὲ χρυσοῦν καὶ
κειμήλια πάμπολλα τοῦτον ἀνελέσθαι ἱστοροῦσι, πειραθέντα δὲ
καὶ ἐνδοτέρω χωρεῖν πυρὶ ἐπισχεθῆναι.

Ἀποθανόντος δὲ τοῦ Σολομῶντος Ῥοβοὰμ τὴν βασιλείαν
διαδέχεται. καὶ αὐτὸς ἀπῆλθεν εἰς Σίκιμα, ὅτι ἐκεῖ πᾶς Ἰσραὴλ
ἀπήεσαν τοῦ βασιλεῦσαι αὐτόν· καὶ ἐλάλησεν ὁ λαὸς πρὸς Ῥοβοὰμ
"ὁ πατήρ σου ἐβάρυνε τὸν κλοιὸν ἡμῶν, καὶ σὺ νῦν κούφισον, καὶ
δουλεύσομέν σοι." καὶ εἶπεν ὁ βασιλεύς "ἀπέλθετε ἕως ἡμερῶν
τριῶν· ἀναστρέψατε, καὶ λαλήσω ὑμῖν." καὶ ἀπήγγειλε Ῥοβοὰμ P 99
τοῖς πρεσβυτέροις τὸ ῥῆμα τοῦ λαοῦ. καὶ αὐτοὶ εἶπον "ὡς ᾐτή-
σαντό σε ποιήσεις, καὶ αὐτοὶ δοῦλοί σου πάσας τὰς ἡμέρας."
καὶ συνεβουλεύσατο μετὰ τῶν παιδαρίων τῶν παρεστώτων αὐτῷ
περὶ τούτου, καὶ αὐτοὶ εἶπον "λάλησον τῷ λαῷ οὕτως. ἡ σμι-
κρότης μου παχυτέρα ἐστὶ τῆς ὀσφύος τοῦ πατρός μου. ὁ πατήρ

esset facturus, neque totum regnum ablaturus, sed unam tribum posteris eius daturus, Davidi causa servi sui et electae a se urbis.

Vita functo Davidi sepulcrum Solomon apud Siloamum aedificavit, totum in specus formam effectum, ne esset conspicuum. et cum patre eum ibi defodisse multa talentorum auri milia Iosephus scribit. ibidem et Solomon obita morte sepultus est. perhibent postea temporis Hyrcanum pontificem, cum urbs obsidione premeretur, aperto monumento auri talenta ter mille inde exportasse. post hunc Herodem idem tentantem pecuniae nihil invenisse, sed aurea ornamenta atque reposita donaria permulta abstulisse; interiusque penetrare aggressum igni fuisse prohibitum.

Solomoni Roboamus successit. eum, cum ad comitia populi regem ipsum declaraturi Sichemam venisset, populus rogavit uti iugum, quod eis pater ipsius aggravasset, levaret: ita se paratos esse ad serviendum ipsi. Roboamus discedere populo atque triduo post ad accipiendum responsum redire iusso, populi postulata cum senibus communicavit. ii consuluerunt uti populo morem gereret, ita eum sub se perpetuo habiturum. consulti etiam a rege adolescentuli, quos circum se habere solebat, hortati eum sunt ut populo sic responderet, tenuissimam sui corporis partem crassiorem lumbis paternis esse. patrem ipsis

μου ὑπέταξεν ὑμᾶς ἐν κλοιῷ βαρεῖ, ἐγὼ προσθήσω ἐπὶ τῷ κλοιῷ αὐτοῦ· ὁ πατήρ μου ἐπαίδευσεν ὑμᾶς ἐν μάστιξιν, ἐγὼ παιδεύσω ὑμᾶς ἐν σκορπίῳ.' ταύτην τὴν βουλὴν τῶν παιδαρίων εἶπε Ῥοβοὰμ ὑποστρέψαντι τῷ Ἰσραήλ· καὶ ἀπεκρίθη πᾶς ὁ λαός 'οὐκ B *ἔστιν ἡμῖν ἔτι μερὶς ἐν Δαβίδ, οὐδὲ κληρονομία ἐν υἱῷ Ἰεσσαί. ἀπότρεχε Ἰσραὴλ εἰς τὰ σκηνώματά σου, βόσκε τὸν οἶκόν σου Δαβίδ, καὶ κρῖνε.' καὶ διεμερίσθη ἡ βασιλεία Σολομῶντος· καὶ αὐτῷ μὲν τῷ Ῥοβοὰμ ἡ ἐξ Ἰούδα παραμένει φυλὴ καὶ ἡ τοῦ Βενιαμίν, αἱ δὲ λοιπαὶ δέκα φυλαὶ Ἰεροβοὰμ τὸν τοῦ Ναβὰτ προεστήσαντο βασιλέα. ἦν μὲν τῷ Ῥοβοὰμ τῆς βασιλείας ὁ οἶκος ἐν Ἱερουσαλήμ, ἐκαλεῖτο δὲ τὸ ὑπ' αὐτὸν ταττόμενον πλῆθος Ἰούδας καὶ ὁ οἶκος Δαβίδ, ἐκ τῆς ἐπικρατεστέρας φυλῆς εἰληφὼς τὴν προσηγορίαν. τοῦ δὲ Ἰεροβοὰμ Σαμάρεια ἡ μητρόπολις, ὁ δὲ τῆς βασιλείας οἶκος ἐν Θαρσᾷ· ὄνομα δὲ τῷ ὑπ' αὐτὸν* C *λαῷ Ἰσραὴλ διὰ τὸ πλῆθος καὶ Ἐφραὶμ διὰ τὴν τῆς βασιλείας φυλήν.*

Κατὰ δὲ τὸν ὄγδοον μῆνα, ἐν τῇ πεντεκαιδεκάτῃ τοῦ μηνός, ἀνέβη Ἰεροβοὰμ ἐν Βεθὴλ εἰς τὸ θυσιαστήριον ὃ ἐποίησε τοῦ θύειν ταῖς δαμάλεσιν αἷς ἐχώνευσε, καὶ παρέστησε τοὺς ἱερεῖς τῶν ὑψηλῶν, οὓς αὐτὸς κατέστησεν ἐν αὐτοῖς. καὶ ἰδού, ἄνθρωπος τοῦ θεοῦ παρεγένετο ἐν Βεθήλ, ἐν λόγῳ κυρίου ἐξ Ἰούδα· καὶ Ἰεροβοὰμ εἱστήκει ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον αὐτοῦ τοῦ θῦσαι. καὶ εἶπεν

17 *codex habebat πεντηκοστόν.* margo P

grave iugum imposuisse: at se id porro quoque aggravaturum. patrem in ipsis castigandis usum fuisse flagellis, se scorpios ad hoc adhibiturum. hoc adolescentulorum consilium probavit Roboamus, itaque omnino respondit populo Sichemam reverso. ad haec populus uno ore protestatus est nihil porro sibi cum Davido et Iessaea prole commune: Israelicos in suum quemque tabernaculum abire, ipsum Davidum suam domum pascere ac gubernare debere. hoc modo Solomonis regnum fissum est. nam Roboamo duae tantum tribus, Iudae et Beniamini, adhaeserunt: reliquae omnes Ieroboamum Nabati F. regem sibi constituerunt. regia Roboami fuit Hierosolymis, et multitudo regno eius subdita Iudas appellabatur ac domus Davidica, nomine a tribu praestantiore sumpto. at Ieroboamus regni caput habuit Samariam, regiam Tharsae; populus quam regebat Israelus ob multitudinem et Ephraimus ob regni tribum nuncupabatur.

Decima quinta die octavi mensis Ieroboamus Bethelam adscendit, ad aram quam exstruxerat ut buculis, quas fuderat, rem sacram faceret, constituitque sacerdotes, qui in editis locis sacrificarent, a se consecratis. ecce autem ex Iuda quidam divinus homo mandato dei instructus Bethelam advenit. is, cum Ieroboamus altari suo sacrificandi gra-

ὁ ἄνθρωπος πρὸς τὸ θυσιαστήριον ἐν λόγῳ κυρίου ʽθυσιαστήριον,
θυσιαστήριον, τάδε λέγει κύριος· ἰδοὺ υἱὸς τίκτεται ἐν τῷ οἴκῳ
Δαβίδ, Ἰωσίας ὄνομα αὐτῷ. καὶ θύσει ἐπί σε τοὺς ἱερεῖς τῶν
ὑψηλῶν τῶν θυόντων εἴς σε, καὶ ὀστᾶ ἀνθρώπων καύσει ἐπί σε.ʼ D
καὶ ἔδωκεν εὐθὺς τέρας, λέγων ʽἰδοὺ τὸ θυσιαστήριον ῥήγνυται,
καὶ ἐκχυθήσεται ἡ πιότης ἡ οὖσα ἐπʼ αὐτῷ.ʼ καὶ ὡς ἤκουσεν
Ἱεροβοάμ, ἐξέτεινε τὴν χεῖρα αὐτοῦ συλλαβέσθαι αὐτόν. καὶ
ἰδοὺ ἐξηράνθη ἡ χεὶρ αὐτοῦ, καὶ τὸ θυσιαστήριον ἐρράγη, καὶ ἡ
πιότης αὐτοῦ ἐξεχύθη. καὶ εἶπεν Ἱεροβοάμ ʽδεήθητι τοῦ προσώ-
που κυρίου τοῦ θεοῦ σου, καὶ ἐπιστρεψάτω ἡ χείρ μου πρός με.ʼ
καὶ ἐδεήθη ὁ ἄνθρωπος τοῦ θεοῦ, καὶ ἐγένετο ἡ χεὶρ αὐτοῦ ὑγιής.
καὶ ἀπῆλθεν ὁ ἄνθρωπος τοῦ θεοῦ ἀπὸ προσώπου Ἱεροβοάμ. ἦν
δέ τις ἄλλος ψευδοπροφήτης, κατοικῶν ἐν Βεθήλ, πρεσβύτης· P 100
καὶ μαθὼν ὅσα ἐποίησεν ὁ ἄνθρωπος τοῦ θεοῦ, κατεδίωξεν ὀπίσω
αὐτοῦ, καὶ εὗρεν αὐτὸν καθήμενον ἐπὶ δρῦν, καὶ εἶπεν αὐτῷ
ʽδεῦρο μετʼ ἐμοῦ, καὶ φάγε ἄρτον.ʼ καὶ εἶπεν ʽοὐ φάγωμαι
ἄρτον οὐδὲ πίωμαι ὕδωρ ἐν τῷ τόπῳ τούτῳ, ὅτι κύριος ἐνετεί-
λατό μοι οὕτως.ʼ καὶ εἶπε ʽκἀγὼ προφήτης εἰμὶ καθὼς σύ, καὶ
ἄγγελος κυρίου ἐλάλησέ μοι τοῦ ἐπιστρέψαι σε καὶ φαγεῖν ἄρτον.ʼ
καὶ ἠπάτησεν αὐτόν, καὶ ὑπέστρεψε καὶ ἔφαγε καὶ ἔπιε. γίνεται
οὖν λόγος κυρίου πρὸς τὸν ψευδοπροφήτην τὸν ἀποστρέψαντα αὐ-
τόν, καὶ εἶπε πρὸς τὸν ἄνθρωπον τοῦ θεοῦ ʽτάδε λέγει κύριος·
ἀνθʼ ὧν παρέβης τὸν νόμον κυρίου καὶ ὑπέστρεψας καὶ ἔφαγες καὶ B

12 τοῦ ἱεροβοάμ R 13 προφήτης R βαιθήλ R 21 προφήτην R

tia adstaret, ita divino instinctu altare est affatus "altare altare, hoc tibi denuntiat deus, in domo Davidi nasciturum puerum, Iosiam nomine, qui sacrificulos editorum locorum super te adolere solitos tibi impositos mactabit, ac supra te hominum ossa accendet." et fatum prodigio ut confirmaret, "en" ait "altare rumpetur, atque effundetur qui est ei impositus adeps." haec audiens Ieroboamus manum suam hominis apprehendendi causa extendit: quae subito exaruit, simulque ara rupta adeps effusus est. tum Ieroboamus vatem oravit uti deum pro se deprecaretur, uti sibi sua manus in integrum restitueretur. quo facto vates, et sanata manu, ex conspectu regis abiit. erat alius impostor quidam vatis nomine, senex Bethelae habitans. is cum audivisset quae a divino homine acta erant, eum persecutus est; inventumque sub quercu sedentem hortatus est ut secum reverteret ac cibum sumeret. divinus vero id abnuere, quod sibi interdictu dei eo loci neque edere neque bibere permitti diceret. ibi impostor ille, se quoque perinde atque ipsum esse vatem, angelumque dei sibi mandasse ut ipsi retracto cibum daret. eo mendacio divinum permovit ut secum reversus ederet atque biberet. tum impostor dei instinctu vati denuntiavit, quandoquidem

ἔπιες ἐν τῷ τόπῳ τούτῳ, οὐ μὴ εἰσέλθῃ τὸ σῶμά σου εἰς τὸν τάφον τῶν πατέρων σου.' ἐξελθόντα δὲ λεὼν συναντήσας ἐθανάτωσεν αὐτόν. Ἱεροβοὰμ δὲ οὐκ ἀπέστρεψεν ἀπὸ τῆς κακίας αὐτοῦ.

Τῷ λη' ἔτει τοῦ Ἀσᾶ βασιλέως Ἰούδα, ἐβασίλευσεν Ἀχαὰβ ὁ πάντων βασιλέων πονηρότατος ἐν Ἰσραήλ, ὃς θυσιαστήριον ἔστησεν τῷ Βάαλ. οὗτος εἶχε γυναῖκα τὴν Ἰεζάβελ. ἐπὶ τούτου Ἀχιὴλ ὁ Βεθηλίτης ᾠκοδόμησε τὴν Ἱεριχώ· ἐν τῷ Ἀχιᾷ τῷ πρωτοτόκῳ αὐτοῦ ἐθεμελίωσεν αὐτήν, καὶ ἐν Σεγοὺβ τῷ νεωτέρῳ ἐπέ-
C στησε τὰς θύρας αὐτῆς, κατὰ τὸ ῥῆμα κυρίου, ὃ ἐλάλησεν ἐν χειρὶ Ἰησοῦ τοῦ υἱοῦ Ναυῆ. τότε καὶ ὁ προφήτης Ἠλίας εἶπε πρὸς Ἀχαὰβ 'ζῇ κύριος ὁ θεὸς τῶν δυνάμεων, ᾧ παρέστην ἐνώπιον αὐτοῦ, εἰ ἔσται τὰ ἔτη ταῦτα δρόσος ἢ ὑετὸς ἐπὶ τῆς γῆς, εἰ μὴ διὰ στόματός μου.' καὶ ἐπορεύθη κατὰ τὴν ἀνατολὴν ἐν λόγῳ κυρίου, καὶ ἐκρύβη ἐν τῷ χειμάρρῳ Χορὰθ τῷ ἐπὶ πρόσωπον τοῦ Ἰορδάνου, καὶ ἔπιεν ὕδωρ ἐκεῖθεν· καὶ οἱ κόρακες ἔφερον αὐτῷ κρέας πρωΐ, καὶ τὸ δείλης ἄρτον. τοῦ χειμάρρου δὲ τῇ ἀνομβρίᾳ ξηρανθέντος διὰ λόγου κυρίου ἔρχεται εἰς Σαρεφθᾶ. καὶ χήρᾳ γυναικὶ ἐπιξενωθεὶς ἤσθιεν αὐτός τε καὶ ἡ γυνὴ καὶ τὰ
D τέκνα αὐτῆς· καὶ ἡ δρὰξ τοῦ ἀλεύρου οὐκ ἐξέλιπεν, οὐδὲ ὁ καμψάκης τοῦ ἐλαίου ἠλαττονήθη, ἕως οὗ διελύθη ὁ λιμός. ταύτης καὶ τὸν υἱὸν ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν, ὃν φασί τινες εἶναι Ἰωνᾶν τὸν

8 ὁ Ἀχιὴλ ὁ P: corr R βαιθηλίτης R 12 πρὸς] τῷ R
19 γυναικὶ R, γυνῇ P 22 ὅ P

contra dei mandatum reversus eo loci cibum ac potum sumpsisset, cadaver ipsius in sepulcro maiorum suorum non iri conditum. atque egressum inde divinum leo obviam factus interfecit. interim Ieroboamus a malitia non discessit.

Trigesimo octavo anno Asae regis Iudae regnum Israelicum tenuit Achabus, omnium regum deterrimus. is Baali aram statuit. uxorem habuit Iezabelam. eius tempore Achiel Bethelica Ierichuntem instauravit. cuius cum fundamenta poneret, primogenitum filium suum Achiam perdidit; ac minimum natu Segubum, cum portas aptaret. ita enim fore deus per Iosuam Navae F. praedixerat. tunc etiam Elias vates Achabo dixit (3 Reg. 17) "ita vivit deus caelestium exercituum imperator, ante quem adstiti, ut per hos annos neque ros neque pluvia in terram cadet, nisi me edicente." ivitque Elias versus ortum solis, dei verbo instructus; delituitque ad torrentem Chorathum, qui est e regione Iordanis, et eius aquam bibit; corvique mane carnes, vesperi panem ei attulerunt. cum vero torrens pluviarum defectu exaruisset, iussu dei Sarephtham ivit. ibi hospitio usus viduae mulieris, ipse cum ea et eius liberis toto illo tempore cibum sumpsit, dum sterilitas ac penuria finirentur, cum interim neque farina cadi neque oleum trullae deficerent. huius etiam viduae filium mortuum in vitam revocavit; quem Ionam

προφήτην. τότε καὶ τὴν θυσίαν ἐποίησεν, ἐν ᾗ πῦρ ἐξ οὐρανοῦ κατελθὸν κατέκαυσε τὰ ὁλοκαυτώματα καὶ τὸ ὕδωρ καὶ τὸν χοῦν τῆς γῆς. ἐκεῖ καὶ τοὺς ἱερεῖς τοῦ Βὴλ καὶ τοὺς προφήτας ἔσφαξεν ων', καὶ ὑετὸν κατήνεγκεν. Ἰεζάβελ δὲ τοῦτο μαθοῦσα προσηπείλησεν αὐτῷ, καὶ ἔφυγεν Ἠλίας ἀπὸ προσώπου Ἰεζάβελ ὁδὸν ἡμερῶν τεσσαράκοντα. μόνος δὲ Ἀβδιοὺ ἐκ νέας ἡλικίας προφήτης γέγονε δι' εὐσέβειαν, ἀπὸ προφητῶν μὴ γενεαλογούμενος. ἦν δὲ τοῦ Ἀχαὰβ οἰκονόμος, ἐν κρυπτῷ σεβόμενος τὸν P 101
θεὸν Ἰσραήλ. οὗτος καὶ ἑκατὸν προφήτας ἐν δυσὶ σπηλαίοις κρύψας διὰ τὸν φόβον Ἰεζάβελ (ἀπέκτεινε γὰρ αὐτούς) ἄρτῳ καὶ ὕδατι ἔθρεψεν, ἕως ἐλύθη ὁ λιμός. τότε καὶ Ἠλίας ἐν λόγῳ κυρίου χρίει Ἐλισαιὲ εἰς προφήτην· εὑρίσκει γὰρ αὐτὸν ἀροτριῶντα ἐν δώδεκα ζεύγεσι βοῶν. καὶ εὐθὺς θύει μὲν τοὺς βόας, ἐν δὲ τοῖς σκεύεσιν ἀνάπτει πῦρ, καὶ ἑψήσας δίδωσι τῷ λαῷ φαγεῖν. καὶ αὐτὸς ἀπῆλθεν ὀπίσω Ἠλίου, καὶ διηκόνει αὐτῷ.

Ἀχαὰβ κρατήσας τὸν υἱὸν Ἄδερ τῆς Συρίας ἀπέλυσεν αὐτὸν μετὰ δώρων. καὶ ἄνθρωπός τις ἐκ τῶν υἱῶν τῶν προφητῶν, Μιχαίας ὄνομα, εἶπε πρὸς τὸν πλησίον αὐτοῦ ἐν λόγῳ κυρίου B
'πάταξόν με.' καὶ οὐκ ἠθέλησε. καὶ εἶπεν αὐτῷ 'ἀνθ' ὧν οὐκ ἤκουσας τῆς φωνῆς κυρίου, καὶ ἰδοὺ σὺ ἀποτρέχεις ἔξω, καὶ πατάξει σε λέων· ὅπερ καὶ γέγονε. καὶ εἶπε πρὸς ἄλλον, καὶ ἐπάταξεν αὐτόν, καὶ συνετρίβη. καὶ καταδησάμενος ὁ προφήτης

7 γεγονὼς R 12 ἀροτριοῦντα R 21 ἀποτρέξεις P: corr R

vatem illum fuisse autumant. tunc et sacrificium Elias peregit; ad quod caelitus ignis delapsus hostiam aquam et pulverem terrae consumpsit. ibi et Beli sacerdotes ac vates iugulavit 850, et pluviam devocavit. Iezabela, re comperta, graviter minata Eliae est. quam ille fugiens iter 40 dierum profectus est. solus Abdias iam inde ab adolescentia vates exstitit, genus a vatibus non ducens. quod ei ob pietatem evenit. cum enim esset procurator Achabi domesticus, deum Israeliticum occulte venerabatur, ac 100 vates metu Iezabelae (mortem enim ea omnibus machinabatur vatibus dei) in duas speluncas abdiderat, ibique usque ad famis exitum pane et aqua eos alebat. eadem tempestate Elias iussu dei Elizaeum unctione vatem inaugurat, cum in eum incidisset duodecim iugis boum arantem. Elisaeus statim mactatis bobus, instrumentis aratoriis accensis, percoctam eorum carnem populo vescendam praebet; atque ipse Eliam sectatur, et ei administrat.

Porro Achabus cum filium Aderi regem Syriae cepisset, donatum dimisit. ergo quidam ex vatum familia Michaeas nomine, alteri cuidam dei instinctu dixit "feri me." quod cum ille detrectaret, denuntiavit ei, quod mandato dei non esset obsecutus, ideo eum egressum a leone caesum iri. atque ita factum est. alius deinde vati iussu ipsius plagas

τελαμῶνι τοὺς ὀφθαλμούς, ὡς ὁ βασιλεὺς Ἰσραὴλ παρεπορεύετο, καὶ αὐτὸς ἐβόα 'ὁ δοῦλός σου ἐξῆλθεν ἐπὶ τὴν στρατιὰν τοῦ πολέμου, καὶ ἀνὴρ εἰσῆγεν ἄνδρα πρός με λέγων φύλαξόν μοι τὸν ἄνδρα τοῦτον. ἐὰν δὲ ἀποφύγῃ, ἡ ψυχή σου ἔσται ἀντὶ τῆς ψυχῆς αὐτοῦ, ἢ τάλαντα ἀργυρίου στήσεις. καὶ ἐγένετο, ὡς περιεβλέ- C πετο ὁ δοῦλός σου ὧδε καὶ ὧδε, καὶ αὐτὸς οὐκ ἦν.' καὶ εἶπεν Ἀχαάβ 'ἰδοὺ δικαστὴς σύ, καὶ τὰ ἔνεδρα παρ' ἐμοί. ἐφόνευσας.' καὶ σπεύσας ὁ προφήτης ἀφεῖλε τὸν τελαμῶνα ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ, καὶ ἐγνώσθη ὅτι ἐκ τῶν προφητῶν ἐστὶν οὗτος, καὶ εἶπε 'τάδε λέγει κύριος· διότι ἐξήγαγες σὺ ἄνδρα ὀλέθριον ἐκ χειρός μου, ἰδοὺ ἡ ψυχή σου ἀντὶ τῆς ψυχῆς αὐτοῦ καὶ ὁ λαός σου ἀντὶ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ.' καὶ ἀπῆλθεν Ἀχαὰβ ἐκλελυμένος καὶ κλαίων.

Ἀμπελὼν εἷς ἦν Ναβουθαὶ τῷ Ἰζραηλίτῃ παρὰ τὴν ἅλω τοῦ Ἀχαάβ, ὃν ἐζήτει λαβεῖν Ἀχαὰβ καὶ δοῦναι ἢ ἕτερον ἀμπελῶνα ἢ τὴν τιμὴν αὐτοῦ. ὁ δὲ εἶπε 'μὴ γένοιτό μοι δοῦναί τινι τὴν κλη- D ρονομίαν μου.' λυπηθέντος δὲ Ἀχαάβ, ὡς ἤκουσεν Ἰεζάβελ, γράφει πρὸς τοὺς πρεσβυτέρους τοὺς ἐν τῇ πόλει διὰ προφάσεως ἀποκτεῖναι αὐτόν. οἱ δὲ συκοφαντοῦσιν αὐτὸν ὡς κατηράσατο τοῦ βασιλέως, καὶ ἀποκτείνουσιν αὐτόν, καὶ κληρονομεῖ Ἀχαὰβ τὸν ἀμπελῶνα. καὶ ἔρχεται πρὸς αὐτὸν Ἠλιού, καὶ λέγει αὐτῷ

1 τελαμῶνα P: corr R ὁ om R 7 σύ R, σου P 10 ἐκ χειρός μου om R

et vulnera imposuit. inde vates fascia vultu obligato, qua rex Israelicorum transiturus erat constitit; eoque praetereunte alta voce questus est se regium servum in bellum profectum, alium quendam ad se virum adduxisse, eiusque sibi custodiam mandasse ea lege ut si is vir aufugisset, pro eo vitam suam aut argenti talenta penderet. se hac illac circumspiciente, interim virum fuga se proripuisse. respondit rex eum de se ipso sententiam tulisse, esseque suo arbitratu homicidii fontem. tum vates propere fasciam a facie removit, agnitusque unus de vatibus esse, ita locutus est "sic ait dominus regi. quia tu virum perniciei destinatum ex manibus tuis dimisisti, ecce tibi, vita tua pro vita ipsius populusque tuus pro populo eius luet." abiit ergo Achabus animi aeger atque flens.

Secundum haec Achabus vineam Nabothi Izraelitae, contiguam areae regis, vel permutatione alterius vineae vel soluto pretio suam facere cupiebat. at vero Nabothus pernegare se suum patrimonium cuiquam addicturum. quae res cum dolorem intulisset Achabo, Iezabela eo cognito ad seniores urbis literas dat, mandans uti Nabothum quaesita occasione facti interficiant. ii conficta adversus eum calumnia, quasi regem exsecratus esset, hominem trucidant, vineam Achabus occupat. hunc Elias aggressus ita compellavit. "haec dicit dominus: tu

'τάδε λέγει κύριος· ὡς σὺ ἐφόνευσας καὶ ἐκληρονόμησας, διὰ τοῦτο ἐν τῷ τόπῳ ᾧ ἔλειξαν οἱ ὕες καὶ οἱ κύνες τὸ αἷμα Ναβουθαί, ἐκεῖ λείξουσιν οἱ κύνες τὸ αἷμά σου, καὶ αἱ πόρναι λούσονται ἐν τῷ αἵματί σου· καὶ τὴν Ἰεζάβελ καταφάγωνται οἱ κύνες ἐν τῷ προτειχίσματι Ἰεσραέλ.' ὅπερ καὶ γέγονε. ἐξελθὼν γὰρ μετὰ βα- P 102
σιλέως Ἰούδα Ἰωσαφὰτ πολεμῆσαι τὸν βασιλέα Συρίας, τοξεύεται κατὰ τοῦ ἥπατος, καὶ ὑποστρέφει πρὸς Σαμάρειαν, αὐτὸς δὲ τελευτᾷ· τὸ δὲ αἷμα αὐτοῦ ἀπονίπτουσιν ἐπὶ τῆς κρήνης Σαμαρείας, καὶ ἐξέλειξαν οἱ ὕες καὶ οἱ κύνες τὸ αἷμα αὐτοῦ. μικρὸν δὲ κάτωθεν αἱ πόρναι ἐλούσαντο ἐν τῷ αἵματι αὐτοῦ. καὶ Ἰεζάβελ ἀπὸ τοῦ τείχους πεσοῦσα τοῖς κυσὶ κατάβρωμα γέγονε κατὰ τὸ ῥῆμα κυρίου.

Ὀχοζίας υἱὸς Ἀχαὰβ κρατεῖ τοῦ Ἰσραὴλ ἔτη δύο. οὗτος ἠῤῥώστησε, καὶ ἀπέστειλεν ἀγγέλους ἐπερωτῆσαι ἐν τῇ Βάαλ μυιάων θεὸν Ἀκκάρων, εἰ ζήσεται ἐκ τῆς ἀῤῥωστίας αὐτοῦ. καὶ ἰδοὺ Ἠλίας συνήντησεν αὐτοῖς. καὶ ἀποστραφέντες εἶπον τῷ Ὀχο- B
ζίᾳ 'ἀνὴρ δασὺς συνήντησεν ἡμῖν, καὶ ζώνη δερματίνη ἐπὶ τὴν ὀσφὺν αὐτοῦ, καὶ εἶπε πρὸς ἡμᾶς, ἀποστράφητε πρὸς τὸν ἀποστείλαντα ὑμᾶς, καὶ εἴπατε αὐτῷ· τάδε λέγει κύριος· διὰ τὸ μὴ εἶναι θεὸν ἐν Ἰσραήλ, σὺ πορεύῃ ἐπερωτῆσαι ἐν τῇ Βάαλ. οὐχ οὕτως. ἡ κλίνη ἐν ᾗ ἀνέβης, οὐ καταβήσῃ ἀπ' αὐτῆς.' καὶ εἶπεν 'Ἠλιοὺ ὁ Θισβίτης ἐστί.' καὶ ἀπέστειλεν ἡγούμενον πεντηκοντάρχην καὶ τοὺς πεντήκοντα αὐτοῦ. καὶ Ἠλιοὺ ἐπὶ τῆς κορυφῆς τοῦ ὄρους. καὶ εἶπεν ὁ πεντηκοντάρχης πρὸς αὐτόν 'ἄν-

homicidio perpetrato alienam possessionem invasisti. iccirco, quo loco sanguinem Nabothi sues et canes linxerunt, eodem et canes sanguinem tuum lambent et in eo scorta lavabunt; ac Iezabelam canes vorabunt ante muros Iezraelenses." exitus hoc vaticinium comprobavit: nam Achabus cum Iosaphato rege Iudae egressus in praelium contra regem Syriae, sagitta iecur ictus Samariam rediit ibique mortuus est; et cum sanguis eius dueretur apud fontem Samariae, eum sues et canes linxerunt, paulumque infra meretrices in eius sanguine lavarunt. Iezabela etiam de muro deiecta canibus escae fuit, sicuti deus fatus fuerat.

Ochozias Achabi F. regnum in Israelicos tenuit biennium. is cum aegrotaret, nuntios misit Accaronem, qui ex deo principe muscarum quaererent an valetudinem ex morbo suo esset recepturus. iis Elias occurrit, ac reversi Ochoziae nuntiarunt hominem ipsis hirsutum obviam factum, cinctu pelliceo: eum iussisse ut ad eum qui miserat redirent, eique nuntiarent deum ita fari, eum, scilicet quod in Israelo nullus sit deus, ideo Baalum consultum misisse. non ita fore. ipsum de lecto, quem conscendisset, nequaquam descensurum. respondit Ochozias Eliam eum fuisse Thisbitam, misitque viros quinquaginta cum suo praefecto. sedebat tum Elias in montis vertice. cui cum praefectus

θρωπε τοῦ θεοῦ, ὁ βασιλεὺς καλεῖ σε· κατάβηθι.' πρὸς ὃν
C Ἠλίας 'εἰ ἄνθρωπος τοῦ θεοῦ ἐγώ, καταβήσεται πῦρ ἐξ οὐρανοῦ,
καὶ καταφάγεταί σε καὶ τοὺς πεντήκοντά σου.' καὶ κατέβη πῦρ
ἐξ οὐρανοῦ, καὶ κατέφαγεν αὐτὸν καὶ τοὺς πεντήκοντα αὐτοῦ.
οὕτως ἐγένετο καὶ τοῖς δευτέροις. ὁ δὲ τρίτος πεντηκοντάρχης
ἐλθών, πεσὼν ἐπὶ τὴν γῆν, ἐδεήθη καὶ εἶπεν 'ἄνθρωπε τοῦ θεοῦ,
ἐντιμωθήτω δὴ ἡ ψυχή μου καὶ ἡ ψυχὴ τῶν παιδίων σου τούτων
ἐν ὀφθαλμοῖς σου.' καὶ ἐλάλησεν ἄγγελος κυρίου πρὸς Ἠλιού,
καὶ κατέβη μετ' αὐτῶν πρὸς τὸν βασιλέα, καὶ εἶπε κατὰ τὸ ῥῆμα
τὸ ἔμπροσθεν 'ἀνθ' ὧν ἐξαπέστειλας ἐπερωτᾶν τὴν μυῖαν, ἀπο-
στὰς ἀπὸ τοῦ θεοῦ, ἀποθανῇ σὺ καὶ οὐ ζήσῃ.' καὶ ἀπέθανεν
Ὀχοζίας κατὰ τὸ ῥῆμα Ἠλιοῦ, καὶ κατέπαυσεν ἐν τῷ σπηλαίῳ
D Μωϋσέως. ἐπὶ τούτου τοῦ Ὀχοζίου λιμώξαντες οἱ κατ' ἐκείνην
τὴν περίχωρον, τὰ ἴδια σφάξαντες τέκνα κατέφαγον· ἐν κόπρῳ
γὰρ περιστερῶν ἀντὶ ἁλὸς βάπτοντες ἐχρῶντο.

Ἐν δὲ τῷ τετρακισχιλιοστῷ ἑξακοσιοστῷ δευτέρῳ ἔτει ἀνε-
λήφθη Ἠλίας. ἐντεῦθεν ὑποστρέφων Ἐλισσαιὲ εἰς Ἱεριχὼ θερα-
πεύει τὰ πονηρὰ ὕδατα διὰ ἁλῶν. ἀναβαίνοντος δὲ εἰς Βεθὴλ
ἐξῆλθον παιδάρια μικρὰ ἐκ τῆς πόλεως καὶ ἐλίθαζον αὐτὸν καὶ
κατέπαιζον αὐτοῦ, καὶ ἔλεγον 'ἀνάβαινε φαλακρέ, ἀνάβαινε.'
ὁ δὲ κατηράσατο αὐτῶν· καὶ ἰδοὺ ἐξῆλθον δύο ἄρκτοι ἐκ τοῦ
δρυμοῦ, καὶ διέρρηξαν ἐξ αὐτῶν τεσσαράκοντα καὶ δύο παῖδας.
P 103 κἀκεῖθεν ὑπέστρεψεν εἰς Σαμάρειαν. ταύτην τὴν Σαμάρειαν ὁ
πέμπτος βασιλεὺς Ἰσραὴλ κτίζει εἰς πόλιν (αὕτη δέ ἐστιν ἡ νῦν

dixisset "vir dei, rex te vocat, descende," respondit "si ego vir dei sum, de caelo ignis decidat, ac te cum tuis 50 viris perimat." idque statim factum est. eadem evenerunt iis qui secundo loco missi fuerunt. tertius cum 50 viris eodem missus in terram procubuit, vatemque obtestatus est uti sibi suisque parceret. monuit autem angelus dei Eliam ut descenderet; isque cum illis ad regem profectus, priorem sermonem repetiit, quod deo deserto, ad principem muscarum consultum misisset, ideo non victurum, sed moriturum. mortuus est ergo Ochozias secundum verba Eliae, et requievit in spelunca Mosis. huius Ochoziae aetate circum ista loca incolentes penuria eo adacti sunt ut suos liberos necatos comederent, fimo columbarum pro sale adhibito.

Elias in caelum raptus est anno mundi 4602. inde reversus Elisaeus Ierichuntem sale iniecto vitiosas aquas correxit. idem cum Bethelam adscenderet, pueruli urbe egressi eum lapidibus impetiverunt, atque illuserunt vociferando "adscende, calve, adscende." eos Elisaeus cum esset exsecratus, subito ex silva duo ursi egressi pueros quadraginta duos discerpserunt. inde Samariam reversus est. hanc urbem quintus Israelicus rex condidit: nunc Sebaste appellatur, id est Augusta.

καλουμένη Σεβαστή), ἐπωνόμασε δὲ αὐτὴν Σεβήρ, εἰς ὄνομα Σεβὰρ τοῦ κυρίου τοῦ ὄρους. τότε καὶ τὸ θαῦμα τοῦ ἐλαίου εἰς πληθυσμὸν τῇ γυναικὶ δέδωκεν Ἐλισαῖος, καὶ τὰ χρέα αὐτῆς δι' αὐτοῦ τοῦ ἐλαίου ἐπλήρωσε, καὶ τῆς Σωμανίτιδος τὸν υἱὸν ἀνέστησε. τότε καὶ ἡ τολύπη τοῖς ἀνθρώποις φάρμακον ὂν ἐδόθη, καὶ δι' ἀλεύρου ἐθεραπεύθη. καὶ οἱ κρίθινοι κ' ἄρτοι καὶ αἱ πέντε παλάθαι τῶν ἰσχάδων ἐν τοῖς ἑκατὸν ἀνδράσιν ἐπερίσσευσαν. καὶ τοῦ Νεεμᾶν ἡ λέπρα ἐθεραπεύθη, Γηεζῆ δὲ ἔλαβεν ἱμάτια καὶ ἀργύρια καὶ τὴν ἐξ αὐτοῦ λέπραν. ἐπὶ τούτοις καὶ B τὴν ἀξίνην ἀπὸ τοῦ Ἰορδάνου ἀνήγαγε, καὶ τὰ ἔνεδρα τοῦ βασιλέως Συρίας ἀνήγγειλε τῷ βασιλεῖ Ἰσραήλ. καὶ τοῦ βασιλέως Συρίας κυκλώσαντος αὐτὸν εἰς τὸ ὄρος ἐπὶ τῷ κρατῆσαι, ὡς εἶδεν ὁ λειτουργὸς Ἐλισαιὲ τὰ ἅρματα καὶ τὴν δύναμιν, ἐφοβήθη, καὶ εἶπε 'κύριε, τί ποιήσομεν;' ὁ δὲ εἶπε 'μὴ φοβοῦ, ὅτι πλείους οἱ μεθ' ἡμᾶς ὑπὲρ τοὺς μετ' αὐτῶν.' καὶ προσηύξατο, καὶ ἤνοιξεν ὁ θεὸς τοὺς ὀφθαλμοὺς τοῦ παιδαρίου, καὶ εἶδε τὸ ὄρος ὅλον πλῆρες ἵππων καὶ ἅρμα πυρὸς περικύκλῳ Ἐλισαιέ. καταβάντων δὲ πρὸς αὐτόν, ἐπάταξεν αὐτοὺς κύριος ἀορασίᾳ. καὶ C εἶπεν 'Ἐλισαιὲ δεῦτε ὀπίσω μου.' καὶ ἀπήγαγεν αὐτοὺς εἰς Σαμάρειαν, καὶ ἠνοίγησαν οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν, καὶ εἶδον, καὶ ἰδοὺ αὐτοὶ ἐν μέσῳ Σαμαρείας. καὶ εἶπεν ὁ βασιλεὺς Σαμαρείας 'εἰ πατάξω, πάτερ;' καὶ εἶπεν 'οὐ πατάξεις. παράθες αὐτοῖς ἄρ-

15 ἡμῶν?

Τῷ ιςʹ καὶ ιζʹ καὶ ιηʹ ἔτει τὰ κατὰ Ἀρείου τοῦ δυσσεβοῦς P 283 ἐπράχθη, καὶ ἡ ἐν Νικαίᾳ πρώτη ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ σύνοδος τῶν τριακοσίων δεκαοκτὼ ἁγίων θεοφόρων πατέρων ἐγένετο, ἥτις τὸν Ἄρειον καὶ τοὺς ὁμόφρονας αὐτοῦ ἀνεθεμάτισεν. ἐν τούτῳ καὶ τοὺς Ἰουδαϊκῶς τὸ πάσχα ἑορτάζοντας διὰ τοῦ ὁσιωτάτου ἐπισκόπου Κοδρούβης ἐπέστρεψε· καὶ Κώνσταντα τὸν υἱὸν αὐτοῦ προβαλόμενος Καίσαρα εἰς Γαλλίας ἀπέστειλεν. ἐν ταύταις ταῖς ἡμέραις εἰς μνήμην ἔρχεται τοῦ γενομένου πλησίον Ῥώμης ὑπὸ τοῦ κυρίου πρὸς αὐτὸν κατὰ τοὺς ὕπνους προστάγματος, ὅπερ B

tentiae concedi petiit. eo facto vehementer gavisus est imperator Christi amans beatissimaque Augusta et totus populus, universique per duas horas vociferati sunt "magnus est deus Christianorum." ita ab omnibus admirabilis est praedicatus Christianorum deus huiusque minister beatus Silvester. eadem hora suis precibus sanctus papa multos a daemonum vexatione liberavit; multique alii morbi sanati sunt vi domini nostri Iesu Christi, magnifice per suos agentis sanctos. baptizata autem Iudaica multitudine magnum fuit Romae et in tota vicinia gaudium.

Anno imperii Constantini 14 et 15 Licinius pactorum oblitus, persecutionem adversus Christianos molitus est. quem per literas officii monens Constantinus, ut a malitia desisteret non persuasit.

Annis 16, 17 et 18 res contra impium Arium gesta est, conciliumque sacrum primum ex toto terrarum orbe collectorum, quae oecumenica nominant Graeci, Nicaeae, a 318 sanctis ac dei spiritu plenis patribus celebratum, Arium eiusque sectatores proscripsit. tunc imperator etiam eos qui Iudaeorum more pascha celebrabant, opera sanctissimi Cordubae episcopi inhibuit; et Constantem filium suum Caesarem designatum in Gallias misit. ipse isto tempore recordatus sibi quondam prope Romam in somnis a domino mandatum uti eo loco, quem ipse ei esset indicatu-

ἣν λέγοντος οἰκοδομῆσαι τῇ θεοτόκῳ πόλιν ἐν ᾧ τόπῳ αὐτὸς ὑποδείξω σοι. καὶ δὴ τὰ κατὰ χώραν καὶ τόπους ἐρευνῶν τῇ Θεσσαλονίκῃ ἐπιβαίνει, καὶ τῷ τόπῳ ἀρεσθεὶς δυσὶ χρόνοις ἐκεῖ διατρίβει. ναούς τε θαυμασίους καὶ λουτρὰ καὶ ὑδάτων εἰσαγωγὰς κατασκευασάμενος, ὡς εἶδε λοιμὸν ἐπιγενόμενον, ταύτην μὲν καταλιμπάνει, ἐπὶ δὲ τὴν Βιθυνῶν Χαλκηδόνα ἔρχεται, ὑπὸ τῶν Περσῶν ἐξηδαφισμένην εὑρὼν ἀνοικοδομεῖν ἤρξατο. καὶ εὐθέως ἀετοὶ τοὺς τῶν τεχνιτῶν λίθους ἁρπάζοντες τῷ Βυζαντίῳ προσέρριπτον. τούτου δὲ πολλάκις γενομένου ὑπὸ πάντων διαπορουμένου, εἷς τῶν ὑπηρετουμένων τῷ βασιλεῖ Εὐφρατᾶς λεγόμενος διεσάφησεν ὡς ἐκεῖ φίλον ἐστὶ τῷ θεῷ τῇ μητρὶ αὐτοῦ κτισθῆναι C πόλιν. εὐθέως οὖν διαπεράσας, καὶ τὸν τρόπον κατιδὼν καὶ ἀποδεξάμενος, τὸν Εὐφρατᾶν ἐπιστάτην τοῦ ἔργου καταλιμπάνει μετὰ βαρείας δυνάμεως καὶ πλούτου πολλοῦ. καὶ αὐτὸς βασιλεὺς κατὰ Περσῶν ἀποδημεῖ. ἔνθα δὴ καὶ κρατηθεὶς θεοῦ προνοίᾳ τὰς τούτων ἀποδιδράσκει χεῖρας καὶ πρὸς τὸ Βυζάντιον ἐπαναστρέφει. ὁ μέντοι Εὐφρατᾶς τοὺς κανάλους ὑπονόμους κατασκευάσας καὶ πάσας πηγὰς ὑδάτων ἀναστομώσας τῶν τειχῶν ἤρξατο· καὶ πάλιν οἱ Πέρσαι κατὰ Ῥωμανίας. ὁ δὲ βασιλεὺς τῷ Εὐφρατᾷ περὶ ναοῦ κτίσεως προστάξας αὐτὸς καὶ περὶ ἐνοικήσεως προσέθηκε. καὶ τοὺς δακτυλίους ἑκάστου τῶν πρώτων ἀρχόντων ἀναλαβόμενος, οἴκους δειμάμενος περιφανεῖς τὰς γυ- D ναῖκας αὐτῶν μετὰ τῶν παίδων καὶ πάντων τῶν ὑπ' αὐτοὺς εἰς

6 ἣν ὑπὸ? 20 αὐτοὺς P

rus, dei genitrici urbem conderet, dum regiones istas et loca contemplatur, Thessalonicam venit. quo loco delectatus, biennium ibi commoratus, urbem magnificis templis balneis et aquaeductibus exornavit. sed peste ingruente eam relinquens, inde Chalcedonem Bithyniae urbem se contulit; eamque solo prostratam a Persis inveniens instaurare aggressus est. statim autem aquilae lapides fabris ereptos ad urbem Byzantium proiecerunt. id cum saepenumero fieret omniumque animos suspensos teneret, quidam regiorum ministrorum, Euphratas nomine, explicavit rem, nempe deum ibi velle urbem suae matri condi. imperator statim traiecit eo; cumque locum inspexisset et probasset, Euphratam operi praeficit, magnis copiis opibusque instructum. ipse in Persas proficiscitur. ibi cum in hostium manus devenisset, divina providentia procurante eas effugit, ac ad Byzantium reversus est. Euphratas canalibus subterraneis paratis omnes fontes obstruxit murosque coepit moliri. rursus Persis in Romaniam impressionem facientibus, imperator Euphratae de templi structura demandato negotio ipse etiam de frequentanda hominibus urbe curam gessit. nam domibus magnificis exstructis annulos primarii cuiusque viri recepit, eorumque uxores liberos ac totas familias

τὴν βασιλίδα ἀνήγαγεν. ὁ δὲ βασιλεὺς πάλιν ἐπὶ Πέρσας ἐκστρατεύει. καὶ τούτους τροπωσάμενος πάλιν ὑπέστρεψε.

Τῷ ιθ' ἔτει ὁ μέγας Κωνσταντῖνος θεωρῶν Λικίνιον μανικώτερον κατὰ τῶν Χριστιανῶν τῷ διωγμῷ χρώμενον καὶ ἐπιβουλὴν κατὰ τοῦ εὐεργέτου μελετῶντα, ὁπλίζεται κατ' αὐτοῦ διὰ ξηρᾶς καὶ θαλάσσης. ἕνδεκα δὲ καὶ ὀκτὼ μησὶ τοῦ πολέμου μεταξὺ Κωνσταντίνου καὶ Λικινίου ἱσταμένου, ὡς πόλεμος κατὰ τὴν Βιθυνίαν ἐκροτήθη, ζῶν ὁ ἀλιτήριος συλλαμβάνεται ἐν Χρυσοπόλει, καὶ εἰς Θεσσαλονίκην ἐκπέμπεται φρουρεῖσθαι, πρότε- P 284
ρον μέντοι ἔν τε τῇ Φιλίππου πόλει πυλεμήσας καὶ ἡττηθείς. ὡς δὲ ἐν Θεσσαλονίκῃ ἐπέμφθη καὶ πάλιν ἐκεῖσε νεωτερίζειν ἔμελλε βαρβάρους μισθούμενος, τοῦτον διὰ ξίφους ἀποτμηθῆναι ὁ βασιλεὺς κελεύει· καὶ οὕτω λοιπὸν τελείας ἀπήλαυσε γαλήνης τὰ πράγματα. τότε καθιστᾷ Κωνσταντῖνος τοὺς ἰδίους παῖδας Καίσαρας, καὶ κυριακὰς πρὸς ἐπιστροφὴν τῶν ἐθνῶν κατὰ τόπους εἰς τιμὴν τοῦ θεοῦ ποιεῖ.

Τῷ κ' ἔτει τῆς βασιλείας τοῦ Κωνσταντίνου πληρωθείσης τῆς πόλεως ἐθεματίσθη ὑπὸ Οὐάλεντος ἀστρονόμου, ἐν τῇ η' ἡμέρᾳ τῶν ἐγκαινίων αὐτῆς, ἐκ προστάξεως τοῦ βασιλέως Κωνσταντίνου, μηνὶ Μαΐῳ ια', ἡμέρᾳ β', ἰνδίκτῳ γ', ἔτει ἀπὸ κτί- B
σεως κόσμου ,εωλη'. περιέχει δὲ τὸ ὅλον συμπέρασμα ἔτη χϟϛ'. τούτῳ τῷ ἔτει καὶ Κρίσπος ὁ υἱὸς Κωνσταντίνου Χριστιανὸς ἐκοιμήθη· καὶ Ἑλένη ἡ μήτηρ τοῦ βασιλέως στεφθεῖσα δι' ὀπτασίας εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα ἀπέρχεται, καὶ τοὺς ἁγίους τόπους φανερώ-

in regiam urbem traduxit. ipse rursus in Persas expeditionem fecit, iisque pulsis rediit.

Anno sui imperii 19 Constantinus Licinium videns Christianos insanius vexare ac sibi quoque benefactori suo insidiari, contra eum terra marique bellum paravit. id bellum cum durasset annum atque octo menses, tandemque in Bithyniam delatum esset, ibi flagitiosus ille Licinius in urbe Chrysopoli captus Thessalonicamque in custodiam datus est. et quidem prius Philippis, ac deinde Adrianopoli rebellarat victusque fuerat. verum ut Thessalonicae etiam barbaros mercede conducere novasque res eum moliri Constantinus sensit, gladio ei caput amputari iussit. ita demum perfecte omnia fuerunt pacata. tunc Constantinus suos filios Caesares designat, et ad convertendos ad Christianam religionem populos passim in honorem dei templa ponit.

Anno vigesimo imperii Constantini urbs absoluta, eiusque thema iussu imperatoris a Valente astronomo descriptum est, octavo feriarum dedicationis die, qui fuit Maii undecimus, septimanae secundus, indictione tertia, anno a mundi origine 5838. continet autem tota complexio annos 696. eo anno Crispus Constantini filius Christianus vita decessit. et Helena mater imperatoris insomnio admonita Hierosolymam proficiscitur; ibique sacris locis detectis venerandam crucem invenit,

σασα καὶ τὸν τίμιον σταυρὸν εὑροῦσα πάντα ἀνέστησε, καὶ ναοὺς
οἰκοδομήσασα ἐν αὐτοῖς περιφανῶς τούτους ἐκαλλώπισεν. ἐν τού-
τοις τοῖς καιροῖς τὸν ναὸν τῆς ἁγίας σοφίας καὶ τῆς ἁγίας Εἰρή-
νης καὶ τῶν ἁγίων ἀποστόλων καὶ τοῦ ἁγίου Μωκίου καὶ τοῦ
C ἁγίου Ἀγαθονίκου καὶ τοῦ ἀρχιστρατήγου ἐν τῷ Ἀνάπλῳ καὶ Σω-
σθενίῳ, ἔνθα καὶ θείας ὀμφὰς θαυμαστῶς ἤκουσέ τε καὶ ἐθεά-
σατο ὁ φιλόχριστος βασιλεύς, ᾠκοδόμησε. τοὺς δὲ τῶν Ἑλλή-
νων εἰδωλικοὺς ναοὺς προσέταξε καταλύεσθαι καὶ ἐκκλησίας οἰκο-
δομεῖσθαι, καὶ τὰς τούτων προσόδους αὐταῖς δωρεῖσθαι. ἐπὶ
τούτου τοῦ βασιλέως πολλὰ τῶν ἐθνῶν τὸν χριστιανισμὸν προσε-
δέξαντο, ἀπό τε Κελτῶν καὶ Γαλατῶν τῶν ἑσπερίων· ἀλλὰ καὶ
Ἰνδοὶ οἱ ἐνδοτέρω, Ἴβηρές τε καὶ Ἀρμένιοι ἀρχὴν ἐκ Τηριδάτου
λαβόντες. τότε γὰρ ὁ μέγας Γρηγόριος ὁ τῆς μεγάλης Ἀρμενίας
ἐκ τοῦ φοβεροῦ λάκκου ἐκείνου ἐκβέβληται καὶ κατὰ τὸν βασιλέα
D Τηριδάτην γίνεται, καὶ ἡ πᾶσα Ἀρμενία εἰς τὴν τοῦ Χριστοῦ πίστιν
μετατίθεται. καὶ Πέρσαι ὁμοίως ἐπὶ Συμεὼν ἐπισκόπου. ἀλλὰ
καὶ Οὐθαξὰδ εὐνοῦχος παιδαγωγὸς Σαπώρου ἐμαρτύρησεν.

Οὗτος ὁ μέγας βασιλεὺς ὑπὸ φιλοσόφων Ἑλλήνων ὀνειδιζόμενος ὡς νεωτερίζων τὴν θρησκείαν, ἕνα τῶν φιλοσόφων αὐτῶν παρέστησε διαλεχθῆναι Ἀλεξάνδρῳ τῷ ἐπισκόπῳ περὶ τῆς πίστεως. ὁ δὲ Ἀλέξανδρος θεῖος μὲν ἦν ἀνήρ, λόγων δὲ ἄπειρος. ὡς οὖν εἶδε τὸν φιλόσοφον γλωσσαλγοῦντα, ἔφη "ἐπιτάττω σοι ἐν ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ ἀληθινοῦ θεοῦ ἡμῶν σιωπᾶν καὶ μὴ

omniaque restituit, et templa iis locis aedificavit ac splendide exornavit. eo tempore Constantinus aedem S. Sophiae (id est Sapientiae) et S. Irenae (id est Pacis) et SS. apostolorum, tum beatorum Mocii et Agathonici et copiarum praefecti in Anaplo et Sosthenio exstruxit; ubi etiam miraculose audivit divinarum vocum omina atque vidit. iussit etiam Graecorum simulacris dedicata fana destrui, eorumque reditus templis Christianorum a se aedificatis addixit. hoc imperatore multi populi Christianam religionem amplexi sunt, Celtarum et Gallorum occidentalium, tum Indi interiores Iberesque et Armenii, Teridate eius rei principe. tunc enim Gregorius magnus, Armeniae magnae episcopus, ex terribili isto lacu eductus ad regem Teridatem accessit, et universa Armenia in Christi fidem concessit; nec non Persae, Simeone episcopo eos docente. sed et Uthaxadus eunuchus, Saporis Persarum regis paedagogus, ob Christianae religionis confessionem capitali est affectus supplicio.

Constantinus porro, cum ei philosophi Graeci exprobrarent quod religionem innovasset, quendam philosophorum ad disputandum de fide cum Alexandro episcopo produxit. erat is Alexander homo divinus, ceterum indoctus. is cum philosophum videret garrientem, impero, inquit, tibi in nomine Iesu Christi, veri dei, ut sileas neque loquaris. adhuc

φθέγγεσθαι." καὶ ἅμα τῷ λόγῳ ἐφιμώθη καὶ γέγονεν ἄλαλος.
τότε σεισμὸς γέγονε τηλικοῦτος ἐν Καμπανίᾳ ὡς ιγ' πόλεις πεσεῖν, P 285
καὶ ἡλίου ἔκλειψις τοιαύτη ὡς ἀστέρας φανῆναι ἐν ἡμέρᾳ. τότε
καὶ ὄφεων παντοῖον γένος ἐπὶ τὴν Μελιτηνὴν φανῆναι· οἳ καὶ
μαχεσάμενοι κατέκτειναν ἑαυτούς, ὡς καὶ τὴν χώραν ἐποζέσαι.
καὶ Ἰουδαίους περὶ τὴν οἰκοδομὴν τοῦ ναοῦ πάλιν στασιάζοντας
Κωνσταντῖνος ὁ μέγας τιμωρησάμενος διεσκόρπισεν.

Ἡ δὲ μακαρία Ἑλένη ἐξ Ἱεροσολύμων ἐπανελθοῦσα, καὶ
πολλὰ τῷ υἱῷ αὐτῆς καὶ βασιλεῖ περὶ τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως
ἐντειλαμένη, ἐτελεύτησεν ἐτῶν π', καὶ ἐτάφη ἐν τῷ ναῷ τῶν
ἁγίων ἀποστόλων. πάσαις τοίνυν ἡ μακαρία ἀρεταῖς κεκοσμη- B
μένη εἶχε καὶ τὴν χριστομίμητον ταπεινοφροσύνην πρὸς πάντας
μέν, ἐξαιρέτως δὲ πρὸς τοὺς μονάζοντας. συνάγουσα γὰρ παρ-
θένους καὶ ἐπὶ στιβάδων κατακλίνουσα αὐτὴ δι' ἑαυτῆς καθυπ-
ούργει, ὄψα παρατιθεῖσα καὶ κύλικας ὀρέγουσα καὶ ὕδωρ ταῖς
χερσὶν αὐτῶν ἐπιχέουσα, θεραπαίνης ἔργον ἐπλήρου. οὕτω δὲ
καὶ τὸν ἀείμνηστον υἱὸν αὐτῆς ἐξεπαίδευσεν ἄτυφον ἔχειν φρόνη-
μα, ἀρετῆς καὶ πολιτείας ἀκριβοῦς ἐπιμελεῖσθαι, δουλεύειν δὲ
τῷ κυρίῳ μετὰ φόβου καὶ τρόμου· ὃς φυλάττων ἀκριβῶς τὰς
αὐτῆς ἐντολὰς ἐκαρποφόρει ἑκατονταπλασίως.

Τῷ κ' ἔτει γέγονεν ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ πρώτη σύνοδος
ἐν Νικαίᾳ, συνελθόντων τῶν ἁγίων τιη' πατέρων. ἧς ἡγοῦντο C
Σιλβίστρου πάπα Ῥώμης τοποτηρηταί, Βίτων καὶ Βικεντίων

ea Alexandro dicente philosophus obmutuit verbumque facere nequivit. ea tempestate in Campania urbes 13 terrae motu prostratae sunt; tantusque fuit solis defectus ut meridie stellae viderentur. et in Melitena omnis generis angues exstiterunt, qui se invicem pugnando necaverunt, ex iisque gravis ea in regione est obortus foetor. Iudaeos quoque rursum tumultuantes, ac templum aedificare conantes, Constantinus ultus est, atque dispersit.

Beata autem Helena Hierosolymis domum reversa, cum filio multa de Christiana pietate mandasset, vitam finiit anno aetatis 80; sepultaque est in templo apostolorum. beata ista mulier omnibus ornata virtutibus, Christi imitatione etiam animi demissione usa est cum erga omnes homines tum maxime eos qui solitariam vitam agunt. nam virgines cogens et in toris collocans, ipsa eis ancillae in morem ministrabat, cibos apponens et pocula porrigens manibusque earum aquam affundens. ita et inclitum suum filium instituebat, uti fastu vacaret virtutique exacte laudabili studeret, dominoque cum metu et tremore serviret. atque is matris praeceptis accurate parens centuplum protulit fructum.

Anno Constantini vigesimo sanctum primumque oecumenicum concilium Nicaeae actum fuit, congregatis eo 318 sanctis patribus. praefuerunt ei Silvestri Romani papae locum tenentes Vitos et Vincentius

πρεσβύτεροι, Μητροφάνης τοῦ Βυζαντίου, Ἀλέξανδρος Ἀλεξανδρείας, Εὐστάθιος Ἀντιοχείας, Μακάριος Ἱεροσολύμων, κατὰ Ἀρείου πρεσβυτέρου γεγονότος Ἀλεξανδρείας, βλασφημοῦντος τὸν θεὸν λόγον κτίσμα καὶ ἑτεροούσιον τοῦ πατρός, καὶ ὅτι ἦν ποτὲ ὅτε οὐκ ἦν δοξάζοντος. ὃν καθελοῦσα ἀνεθεμάτισε σὺν τοῖς ὁμόφροσιν αὐτοῦ, τὸν δὲ υἱὸν ὁμοούσιον καὶ συνάναρχον τῷ πατρὶ καὶ θεὸν ἀληθινὸν καὶ κτίστην πάντων ἐδογμάτισε. μετὰ γοῦν τὸ συναθροισθῆναι πάντας τοὺς ῥηθέντας τιη' πατέρας
D *ἐν Νικαίᾳ δημοσίοις ὀχήμασιν, ἀφίκετο καὶ ὁ βασιλεὺς ἐφιέμενος ἰδεῖν τὴν πληθὺν τῶν ἀρχιερέων. καὶ δὴ οἶκον μέγιστον ἐν τοῖς βασιλείοις κατασκευάσας θρόνους πολλοὺς ἐν αὐτῷ τεθῆναι προσέταξε, καὶ οὕτως εἰσελθεῖν τοὺς ἀρχιερεῖς ἐπέτρεψεν. ἔσχατος δὲ σὺν ὀλίγοις εἰσελθὼν καὶ αὐτός, καὶ στὰς ἐν τῷ μέσῳ, προετρέψατο πάντας καθίσαι. εἶτα θρόνου μικροῦ τεθέντος κελευσθεὶς ὑπ' αὐτῶν ἐκάθισεν ἔσχατος πάντων· τοσαύτη τις εὐλάβεια καὶ αἰδὼς τῶν ἀνδρῶν κατεῖχε τὸν βασιλέα. καὶ οἱ μὲν τοῖς ἄνθεσι τῶν ἐγκωμίων τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ στεφανώσαντες τὴν περὶ τὰ*
P 286 *θεῖα σπουδὴν εὐλογίαις ἠμείψαντο· ὁ δὲ τοὺς περὶ τῆς ὁμονοίας καὶ συμφωνίας προσαγαγὼν λόγους πολλοὺς μὲν ἐφιλοφρονήσατο καὶ λόγοις καὶ δώροις, πολλὰς δὲ στιβάδας προστάξας εὐτρεπισθῆναι ἐπὶ τὸ αὐτὸ πάντας ἑστίασε, τοὺς μὲν ἀξιολογωτέρους ὁμοτραπέζους λαβών, τοὺς δὲ λοιποὺς εἰς τὰς ἄλλας τραπέζας διεῖλε. θεασάμενος δέ τινας τοὺς δεξιοὺς ὀφθαλμοὺς ἐκκεκομμένους, καὶ*

presbyteri, Metrophanes Byzantii, Alexander Alexandreae, Eustathius Antiocheae, Macarius Hierosolymae episcopi. actum contra Arium, qui Alexandreae presbyter fuerat, impieque pronuntiabat verbum dei creaturam neque eiusdem cum patre essentiae esse, ac fuisse tempus quo verbum non fuerit. eum concilium cum sectatoribus eius proscribens, decrevit filium esse eiusdem cum patre essentiae, similiterque principio carere, et esse verum deum atque omnium conditorem. cum Nicaeam 318 isti patres publicis vehiculis pervenissent, eodem etiam imperator se contulit, cupiens videre eam summorum pontificum multitudinem. domum in regia amplissimam positis soliis adornari inque eam patres convenire iussit. ipse cum paucis postremus intravit, inque medio adstitit, ac considere patres mandavit, iussuque eorum posita sella ultimus omnium sedit: tantum imperator patribus reverentiae ac honoris deferebat. ac patres quidem floribus laudationum caput imperatoris coronantes, faustis comprecationibus studium eius rerum sacrum compensaverunt. imperator habita oratione qua eos ad concordiam et unanimitatem exhortaretur, multos ipsorum verbis ac muneribus prosecutus, multos toros parari iussit, omnesque ad unum convivium vocavit, ita ut praestantiores suae mensae adhiberet, reliquos in ceteras mensas distribueret. videns autem quibusdam oculum dextrum esse erutum, acci-

μαθὼν ὡς ὑπὸ Διοκλητιανοῦ καὶ Μαξιμιανοῦ διὰ τὴν εἰς Χριστὸν ὁμολογίαν τοῦτο πεπόνθασι, τὰ χείλη τοῖς τραύμασι προσενήνοχε κατασπαζόμενος, ἑλκύσειν ἐκεῖθεν εὐλογίαν τῷ φιλήματι πιστεύων· οὕτως ἦν ὁ θαυμάσιος ἀνὴρ ἐκεῖνος εὐλαβείᾳ καὶ πίστει καὶ μετριοφροσύνῃ λελαμπρυσμένος. τῇ δὲ ἐπαύριον ἐπίσκοποι πάντες καὶ ὁ B βασιλεὺς εἰς ἕνα τόπον συνελθόντες καλοῦσι τὸν Ἄρειον σὺν τοῖς ὁμόφροσιν αὐτοῦ εἰς τὴν σύνοδον, ἐπιτρέποντες αὐτῷ συστῆναι τοῖς οἰκείοις δόγμασιν. ἦν δὲ τὰ δόγματα τοῦ ἀσεβοῦς καὶ τρισκαταράτου Ἀρείου ταῦτα. οὐκ ἀεὶ ὁ θεὸς πατὴρ ἦν, ἀλλ' ἦν ὅτε θεὸς πατὴρ οὐκ ἦν. οὐκ ἀεὶ ἦν ὁ τοῦ θεοῦ λόγος, ἀλλ' ἐξ οὐκ ὄντων γέγονεν· ὁ γὰρ ὢν θεὸς τὸν μὴ ὄντα ἐκ τοῦ μὴ ὄντος πεποίηκε. διὸ ἦν ποτὲ ὅτε οὐκ ἦν· κτίσμα γάρ ἐστι καὶ ποίημα ὁ υἱός. οὔτε δὲ ὅμοιός ἐστιν ὁ υἱὸς τῷ πατρὶ κατ' οὐσίαν. οὔτε δὴ ἀληθινὸς καὶ φύσει τοῦ πατρὸς λόγος ἐστίν, οὔτε ἀληθινὴ σοφία αὐτοῦ ἐστίν· ἀλλ' εἷς μὲν τῶν ποιημάτων καὶ γεννητός C ἐστι, καταχρηστικῶς δὲ λέγεται λόγος καὶ σοφία, γενόμενος καὶ αὐτὸς τῷ ἰδίῳ τοῦ θεοῦ λόγῳ καὶ ἐν τῷ θεῷ σοφίᾳ, ἐν ᾗ καὶ τὰ πάντα καὶ αὐτὸν πεποίηκεν ὁ θεός. διὸ καὶ τρεπτός ἐστι καὶ ἀλλοιωτὸς τὴν φύσιν, ὡς καὶ πάντα τὰ λογικά. ξένος τε καὶ ἀλλότριος καὶ ἀπεσχοινισμένος ἐστὶν ὁ λόγος τῆς θεοῦ οὐσίας, καὶ ἀόρατος ὁ πατὴρ τῷ υἱῷ. οὔτε γὰρ τελέως καὶ ἀκριβῶς γινώσκει ὁ λόγος τὸν πατέρα, οὔτε τελείως αὐτὸν ὁρᾶν δύναται. καὶ γὰρ ἑαυτοῦ τὴν οὐσίαν οὐκ οἶδεν ὡς υἱός ἐστι· δι' ἡμᾶς γὰρ πεποίη-

piensque id eos a Diocletiano et Maximiano passos quod Christum essent confessi, cicatrices eorum labiis admotis deosculatus est, sperans osculis inde se felicitatem hausturum: tantum fuit in isto imperatore fidei, observantiae erga sanctos et modestiae. postridie episcopi universi et imperator in unum locum collecti Arium ad se vocant in concilium cum suis sectatoribus, eique suas opiniones asserendi potestatem faciunt. haec autem erant impii atque exsecrandi Arii decreta. deus non semper fuit pater, sed fuit cum deus non esset pater. non semper fuit verbum dei, sed ex eo quod nihil erat, creatum est: deus enim qui erat, is deum qui non erat, ex nihilo creavit. aliquando igitur verbum non fuit: nam filius creatura est, et res effecta. neque vero quod ad essentiam attinet, filius patri similis est; neque genuinum et naturae eiusdem cum patre verbum est, neque vera eius sapientia. sed verbum est de numero creaturarum, genitum: improprie autem verbum et sapientia dicitur, cum ipsum quoque conditum sit a proprio dei verbo et sapientia quae in deo est, qua a deo omnia et verbum quoque ipsum facta sunt. ideo verbum etiam mutabile est ac naturae alterabilis, sicuti omnia ratione praedita; alienumque est verbum a dei substantia, ab eaque distinctum. neque videre potest patrem filius, neque perfecte et praecise eum cognoscere neque videre potest. nam suam ipsius quoque substantiam non novit, quomodo sit filius. propter nos enim factus est, ut deus

ται, ἵνα ἡμᾶς δι' αὐτοῦ ὡς δι' ὀργάνου κτίσῃ ὁ θεός· καὶ οὐκ ἂν ὑπέστη, εἰ μὴ ἡμᾶς ἠθέλησεν ὁ θεὸς ποιῆσαι. ἠρώτησεν οὖν τις αὐτοὺς εἰ δύναται ὁ τοῦ θεοῦ λόγος τραπῆναι, ὡς ἐτράπη ὁ
D *διάβολος· καὶ οὐκ ἐφοβήθησαν εἰπεῖν ὅτι ναί, δύναται τραπῆναι· τρεπτῆς γάρ ἐστι φύσεως, γενητὸς καὶ κτιστὸς ὑπάρχων.*

Ἀλλὰ τὸ κατὰ τὴν σύνοδον γεγονὸς θαῦμα οὐ δίκαιον σιωπῇ παραπέμψαι. πρὸς γὰρ τὸ παράδοξον τοῦ βασιλικοῦ διατάγματος καὶ φιλόσοφοι καὶ ῥήτορες ἐν τῇ συνόδῳ παρῆσαν, διαλεκτικῆς ἐμπειρότατοι· ἐν οἷς ὑπῆρχέ τις Ἕλλην παρὰ πάντων αὐτὸς θαυμαζόμενος, ὥστε μεγάλην ἀκρόασιν ἐκ τῆς συμβολῆς γενέσθαι πλήθους ἐπισυντρέχοντος. οὐδὲ γὰρ οἷοί τε ἦσαν οἱ ἐπίσκοποι τὸν φιλόσοφόν τε καὶ ῥήτορα περιτρέψαι τέως διαλεγό-
P 287 *μενον, ὅτι πᾶσι τοῖς ἐπαγομένοις ῥᾷστα προσεφέρετο, ἐπιλύων εὐφυῶς τὰ προτεινόμενα καὶ δίκην ἐγχέλυος ἀκατάσχετος εὑρισκόμενος. ἐν οἷς γὰρ ἐδόκει συνέχεσθαι, διολισθαίνων ἐπικρατεστέρως ἀντεφέρετο τῇ τῶν νοημάτων δεινότητι καὶ ῥημάτων εὐγλωττίᾳ τε καὶ στωμυλίᾳ. ἀλλ' ἵνα δείξῃ ὁ θεὸς ὅτι οὐκ ἐν λόγῳ ἡ βασιλεία τοῦ θεοῦ ἀλλ' ἐν δυνάμει, ἄνθρωπός τις ἐκ τῶν ἁγίων ὀνόματι Σπυρίδων, ἐπίσκοπος Τριμιθούντων, ἁπλούστατος δὲ τὴν φύσιν καὶ ἰδιώτης τὸν λόγον, αἰτεῖται χώραν αὐτῷ δοθῆναι διαλέξεως πρὸς τὸν φιλόσοφον. οἱ δὲ πατέρες τὸ ἁπλοῦν τε καὶ ἰδιωτικὸν τοῦ ἀνδρὸς εἰδότες ἐκώλυον αὐτόν. τοῦ δὲ μὴ ἀνεχο-*
B *μένου, πρόσεισι τῷ ἀνδρὶ καὶ φησὶν "ἐν ὀνόματι τοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἄκουσον, ὦ φιλόσοφε, τὰ τῆς ἀληθείας δόγματα. θεὸς*

nos ipsius tanquam instrumenti opera crearet, neque omnino exstitisset nisi deus nos facere voluisset. interrogatus etiam Arius a quodam, possetne verbum mutari, quomodo diabolus est mutatus, non veritus est affirmare posse id mutari: esse enim mutabilis naturae utpote genitum et creatum.

Ceterum miraculum eo in concilio factum iure praetermitti silentio non potest. novitate decreti imperatoris moti convenerant ad concilium philosophi oratoresque artis disserendi peritissimi. inter eos quidam erat Graecus in omnium admiratione, et ad cuius disputationes magna hominum accurreret multitudo. neque enim eum confutare valebant episcopi, cum et facillime quibusvis obiectionibus occurreret, et argute dissolveret proposita, instarque anguillae comprehendi nequiret, sed cum maxime videretur constrictus, elaberetur ac validius instaret adversario: tanta in eo erat ingenii vis, verborumque copia et volubilitas linguae. deus tamen tunc ostendit regnum suum non verbis sed potestate niti. quidam enim de sanctis, nomine Spyridon, episcopus Trimithuntius, simplicissimo ingenio ac disserendi rudis, petiit sibi cum philosopho isto disputandi locum concedi; nihilque moratus patres, qui eius ruditatem et simplicitatem scientes prohibebant, aggressus eum "in nomine" inquit "Iesu Christi, audi philosophe veritatis decreta. unicus est deus, qui

εἷς ἐστίν, ὁ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν ποιήσας, ὁ καὶ ἄνθρωπον ἐκ γῆς διαπλάσας, καὶ τὰ ὁρατὰ πάντα καὶ ἀόρατα τῷ λόγῳ αὐτοῦ καὶ τῷ πνεύματι συστησάμενος. τοῦτον τὸν λόγον ἡμεῖς υἱὸν θεοῦ εἰδότες προσκυνοῦμεν, πιστεύοντες διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν ἐπ' ἐσχάτων ἐκ τῆς παρθένου τεχθῆναι, καὶ διὰ σταυροῦ καὶ θανάτου καὶ ἀναστάσεως ἠλευθερωκέναι τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων· ὃν καὶ ἐλπίζομεν ἐλθόντα πάλιν κρῖναι πάντας ἐν δικαιοσύνῃ. πιστεύεις τούτοις, φιλόσοφε;" ὁ δέ, ὡς ἄν τις μηδέποτε πεῖραν λόγων ἔχων εἰς ἀντίθεσιν, ἀπηνεώθη, καὶ ὡς κωφὸς C καὶ ἄλαλος ἀποσιωπήσας τοῦτο μόνον ἐφθέγξατο, ὅτι κἀμοὶ ταῦτα οὕτως ἔχειν δοκεῖ. καὶ ὁ γέρων φησὶν "οὐκοῦν ἀναστὰς ἀκολούθει μοι πρὸς τὴν ἐκκλησίαν, καὶ λήψῃ τὸ σημεῖον τῆς πίστεως ταύτης." ὁ δὲ φιλόσοφος ἐπιστραφεὶς λέγει τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ "ἀκούσατε, ὦ ἄνδρες. ἕως ὅτε λόγων ἐποιούμην σπουδήν, λόγους λόγοις ἀντετίθουν καὶ τὰ προτεινόμενα τέχνῃ τοῦ λέγειν ἀνέτρεπον. ὅτε δὲ ἀντὶ λόγων δύναμίς τις ἐξῆλθεν ἐκ τοῦ στόματος τοῦδε τοῦ γέροντος, οὐκ ἴσχυσαν οἱ λόγοι τῇ δυνάμει ἀντιτάξασθαι· οὐδὲ γάρ οἷός τέ ἐστιν ἄνθρωπος ἀντιστῆναι θεῷ. διά τοι τοῦτο εἴ τις ὑμῶν δύναται συνιέναι ὡς κἀγώ, πιστεύσει εἰς τὸν Χριστόν, καὶ ἀκολουθείτω σὺν ἐμοὶ τῷ γέροντι τούτῳ, ἐν ᾧ ἐλά- D λησεν ὁ θεός." τούτῳ οὖν τῷ τρόπῳ γενόμενος ὁ φιλόσοφος Χριστιανὸς ἔχαιρεν ἡττηθεὶς ὑπὸ τοῦ γέροντος.

Παρῆν δὲ τηνικαῦτα καὶ ὁ θεῖος Παφνούτιος καὶ τερατουργὸς καὶ ὁμολογητής, οὗ τὸν δεξιὸν ὀφθαλμὸν Μαξιμιανὸς ἐξώ-

caelum et terram creavit, et hominem ex terra finxit, et reliqua omnia tam quae visum fugiunt quam quae in oculos incurrunt, verbo spirituque suo condidit. huius verbum nos scimus filium dei esse, ideoque adoramus, credentes nostrae salutis causa eum postremo tempore ex virgine natum, supplicio morte atque in vitam reditu suo humanum genus liberasse; eundemque speramus rediturum, iusteque universos iudicaturum. credisne haec, philosophe?" ille vero, veluti si nunquam disputare didicisset, muti instar obticuit, hoc unum fatus "mihi quoque ita res habere videtur." tum senex Spyridon "ergo" inquit "surge, et me ad templum sequere, ibi tesseram fidei huius accepturus." philosophus autem versus ad discipulos suos "audite" ait. "quamdiu res verbis agebatur, dicta dictis opposui, arteque disserendi obiecta refutavi. postquam autem pro verbis vis quaedam ex ore huius senis exivit, nihil adversus vim verba valuere: non enim potest homo resistere deo. itaque si quis vestrum ita potest intelligere uti ego, is in Christum credat, mecumque senem hunc sequatur, cuius ore deus est locutus." hoc modo philosophus Christianam pietatem amplexus se a sene isto victum gavisus est.

Interfuit ei concilio etiam divinus Paphnutius, mirificus homo et confessor, cui Maximianus dextrum eruerat oculum. is, cum vellet con-

ρυξεν. ὃς τῆς συνόδου κανονίσαι θελούσης ὥστε κληρικὸν μὴ συνέρχεσθαι γυναικὶ πρὸς γάμον, ὡς βαρὺν τὸν λόγον ἀνέτρεψε, καὶ μόνοις ἐπισκόποις ἐτύπωσε τοῦτο παραφυλάττεσθαι.

Μετὰ γοῦν πολλὴν τῆς σκέψεως ἀκρίβειαν ἔδοξε πᾶσιν ὁμοῦ δεῖν ὁρίσασθαι τὸ ὁμοούσιον ἐπὶ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως, τουτέστι τῆς αὐτῆς οὐσίας καὶ φύσεως τῷ πατρὶ καὶ τὸν υἱὸν ὁμολογεῖν, P 288 ἣν δὴ καὶ κατὰ κράτος καὶ συμφώνως ἐβεβαίωσαν, παρὲξ Ἀρείου τοῦ ἀσεβοῦς καὶ ἑτέρων ἓξ ὁμοφρόνων αὐτῷ, οὓς ἀναθεματισθέντας ὑπὸ τῶν θείων τιη΄ πατέρων ὁ βασιλεὺς ἐξώρισε.

Μετὰ δὲ ταῦτα φιλαπεχθήμονες ἄνδρες κατά τινων ἐπισκόπων ἐγγράφους ἐπέδωκαν τῷ βασιλεῖ κατηγορίας. ὁ δὲ ταύτας δεξάμενος καὶ δεσμήσας καὶ τῷ δακτυλίῳ σημηνάμενος ἐκέλευσε φυλάττεσθαι. εἶτα πρὸς εἰρήνην αὐτοὺς καὶ ὁμόνοιαν συμβιβάσας ταύτας ἐνώπιον πάντων κατέκαυσεν, ὅρκῳ πληροφορήσας αὐτοὺς μηδὲν ἀναγνῶναι τῶν ἐν αὐτοῖς γεγραμμένων. οὐδὲ γὰρ ἔφη χρῆναι τὰ πλημμελήματα τῶν ἱερέων δῆλα γενέσθαι τοῖς B πολλοῖς, ἵνα μὴ σκανδάλου πρόφασιν ἐντεῦθεν λαμβάνοντες ἀδεῶς ἁμαρτάνωσιν. ἐγὼ δὲ εἰ αὐτόπτης ἐγενόμην ἐπισκόπου γάμον ἀλλότριον διορύττοντος, συνεκάλυψα ἂν τῇ πορφυρίδι μου ταύτῃ τὸ παρανόμως γινόμενον, ὡς ἂν μὴ βλάψειε τοὺς θεωμένους τῶν δρωμένων ἡ ὄψις. οὕτω τοίνυν τοὺς μὲν εὖ λέγοντας ἀνακηρύττων, τοὺς δὲ ἀντιλέγοντας παρακλητικῶς εἰς ὁμόνοιαν ἐλαύνων, τοὺς πάντας ὁμογνώμονας καὶ ὁμοδόξους τοῖς ἀμφισβητουμένοις ἅπασι κατέστησε. καὶ οὕτω παραινέσας πάντας, καὶ πολλῆς

cilium decernere ut clerici nuptiis abstinerent, eam sententiam ut duram refutavit, auctorque fuit ut caelibatus solis iniungeretur episcopis.

Re accuratissime examinata ea fuit omnium sententia, veram fidem statuere filium consubstantialem, hoc est eiusdem cum patre essentiae atque naturae. eam sententiam firmiter omnes atque uno ore approbarunt, excepto impio Ario et sex aliis cum eo sentientibus. quos a divinis 318 patribus proscriptos imperator exsulare iussit.

Secundum haec, cum inimicitiarum serendarum studiosi homines scriptas contra episcopos quosdam accusationes imperatori tradidissent, is eas acceptas colligavit suoque annulo obsignatas asservari iussit. postea discordiis pacificatione sua sublatis, eas accusationes in conspectu omnium cremavit, iuramento fidem faciens nihil se in iis scriptum legisse. non enim, dicebat, debent sacerdotum delicta multitudini exponi, ne homines inde offensae sumpta occasione sine metu peccent. ego si meis oculis viderem ab episcopo adulterium committi, vel purpura mea vellem flagitium obtegere, ne eius conspectus alios laederet. ita tum imperator eos qui recte sentirent victores praedicans, veritati repugnantes placide ad consentiendum adhortans effecit uti universi de rebus controversis idem sentirent. atque ita collaudatos omnes honori-

τιμῆς τε καὶ δωρεᾶς ἀξιώσας, ἕκαστον παρηγγύησε καταλαβεῖν τὴν ἰδίαν ποίμνην. ἐτύπωσε δὲ καὶ τὸ ἅγιον πάσχα ἑορτάζειν ἡμᾶς κατὰ τὴν νῦν κρατοῦσαν συνήθειαν· τινὲς γὰρ τῶν πρώην κατὰ C τὴν ιδ′ τῆς σελήνης ἑώρταζον.

Μετὰ δέ τινα χρόνον ὑπὸ τῆς θυγατρὸς αὐτοῦ Κωνσταντίας παρακληθεὶς ἀνῆκε τὸν Ἄρειον ἀπὸ τῆς ἐξορίας ὡς δῆθεν μετανοήσαντα. οὗ παραγενομένου, καὶ ἐρωτηθέντος ὑπὸ τοῦ βασιλέως εἰ στοιχεῖ τοῖς ὅροις καὶ τῇ ἐκθέσει τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου, παρευθὺ κατέθετο πιστεύειν οὕτως. ὁ δὲ θαυμάσας ὅρκον ἐπήνεγκε μὴ φρονεῖν ἐναντία τῇ συνόδῳ· καὶ τοῦτο ποιήσας ἀπέλυσεν αὐτὸν εἰρηκὼς αὐτῷ "εἰ μὲν ὀρθή σού ἐστιν ἡ πίστις, καλῶς ὤμοσας· εἰ δὲ ἀσεβὴς καὶ διεστραμμένη, κρίναι κύριος ὁ θεὸς τὰ κατά σε θᾶττον." ταύτῃ τοι καὶ τὸν μέγαν Ἀθανάσιον εἰς κοινωνίαν αὐτὸν δέξασθαι παρεκελεύσατο ὡς ἅτε μετανοήσαντα. D τοῦ δὲ μὴ καταδεχομένου, γινώσκοντος ἀκριβῶς τὴν Ἀρείου δυστροπίαν, ἐξορίζει τοῦ θρόνου τὸν ἅγιον, πιστεύσας καὶ τὰς κατ' αὐτοῦ γενομένας ὑπὸ τῶν Ἀρειανῶν λοιδορίας. καὶ οὐ θαῦμα· πολλάκις γὰρ καὶ θεῖοι ἄνδρες κατά τινων εὐσεβῶν διαβολὴν ἀκρίτως παραδεξάμενοι παρετράπησαν τῆς ἀληθείας καὶ τοὺς εὐσεβεῖς παρέβλαψάν τε καὶ παρελύπησαν, ὥσπερ οὖν καὶ ὁ θεσπέσιος Δαβὶδ ἐξαπατηθεὶς ὑπὸ τοῦ οἰκέτου Σιβά, κατὰ τοῦ δεσπότου Μεμφιβοσθὲ ψευδηγοροῦντος ὡς ὅτι τὰ τοῦ τυράννου Ἀβεσαλὼμ φρονεῖ, τοῦτον παρέβλαψε καὶ τῶν ἰδίων ἀποστερήσας τῷ οἰκέτῃ προσεκλήρωσεν. ὅθεν χρὴ μετὰ πολλῆς ἀκριβείας P 289

bus ac donis prosecutus ad suum singulos gregem redire iussit. constituit etiam ut sacrum pascha eo, quo nunc receptum est, modo celebraretur: ante enim quidam 14 luna id agebant.

Aliquanto post tempore, suasu Constantiae filiae suae, Arium ab exsilio domum redire passus est, resipuisse eum putans. Arius reversus ab imperatore est interrogatus anne decreto et expositioni concilii Nicaeni staret. statimque hoc ille affirmavit. quod admiratus imperator iuramento adactum, non dissentire ab eo concilio, dimisit, ita fatus "siquidem recta est fides tua, bene iurasti: sin impia et perversa, celeriter in te deus statuat." proinde Constantinus a magno etiam Athanasio postulavit ut eum veluti qui resipuisset reciperet; et cum id recusaret quippe Arii perversitatem perspiciens, fidem adhibens Arianorum calumniis, quibus Athanasium impetebant, episcopatu eiecit. neque id mirum fuit. saepe enim etiam divini homines, calumnias piis intentatas re non explorata admittentes, a vero aberraverunt piosque iniuriis ac damnis affecerunt. quomodo etiam divinus homo Davidus a servo Siba deceptus, qui falso Memphibosthum dominum suum deferebat quasi is Absalomi partibus se addixisset, facultates domino iniuste eripuit servoque mancipavit. quare oportet magna cum attentione animi atque de-

τε καὶ σκέψεως ἐρευνᾶν τὰς κατηγορίας, καὶ μὴ ὡς ἔτυχε πιστεύειν
τοῖς κατηγοροῦσι, κἂν ἄγαν ὦσιν ἀξιόπιστοι. διὸ δὴ καὶ Νικό-
δημος πρὸς τοὺς παρανόμους Ἰουδαίους καταφορικῶς τε καὶ ἐν-
τρεπτικῶς ἔφη "μὴ ὁ νόμος ὑμῶν κρίνει τὸν ἄνθρωπον, ἐὰν μὴ
ἀκούσῃ παρ' αὐτοῦ πρῶτον καὶ γνῷ τί ποιεῖ; ἀμέλει γέ τοι καὶ οἱ
τῶν ἔξω σοφοὶ τοῦτο προδήλως ὑπεμφαίνοντες οὕτω φασίν· εἰ μὲν
ἀμφισβήτησις κρίνει, ἀναρτάσθω, εἰ δὲ κρίσις, τοὺς ἐλέγχους
βασανιζέτω, εἰ δὲ βάσανος, τὸ δέον ὁριζέτω· ὁ δὲ ὅρος γεγρά-
B *φθω, τὰ δὲ γεγραμμένα κυρούσθω, τὰ δὲ κυρωθέντα βεβαιού-*
σθω τοῖς ἔργοις, καὶ πᾶσα ἀψιμαχία οἰχέσθω, καὶ πάλιν φιλία
χορευέτω. καὶ ἐν ταῖς ἀποστολικαῖς διατάξεσιν ὁ θεῖος λόγος
οὕτως φησίν. ἔστω δὲ ὁ κριτὴς ἀπροσωπόληπτος, μήτε πλούσιον
ἐντρεπόμενος ἢ κολακεύων παρὰ τὸ προσῆκον, μήτε πένητος φει-
δόμενος. 'οὐ λήψῃ' γάρ φησι 'πρόσωπον δυνάστου, καὶ πένητα
οὐκ ἐλεήσεις ἐν κρίσει.' ὅτι τοῦ θεοῦ ἡ κρίσις δικαίως τὸ δί-
καιον διώξεται, καὶ οὐκ ἀρέσῃ τῷ δικαίῳ οὐδὲν ἄδικον. ὅθεν
οὐ δεῖ πιστεύειν ὡς ἔτυχε τοῖς κατηγοροῦσιν ἀκρίτως καὶ ἀβασανί-
στως. ἐγχωρεῖ γάρ τινας καὶ διὰ ζῆλον ἢ φθόνον κατά τινος
ἀδελφοῦ ἐνστήσασθαι ψευδηγορίαν, ὡς οἱ δύο πρεσβύτεροι κατὰ
C *Σωσάννης καὶ ἡ Αἰγυπτία ἐπὶ τοῦ Ἰωσήφ. σὺ οὖν ὡς θεοῦ ἄν-*
θρωπος τὰ τοιαῦτα μὴ προχείρως παραδέχου, καὶ μὴ ἀνέλῃς τὸν
ἀθῷον, καὶ μὴ ἀποκτείνῃς τὸν δίκαιον, οὐδὲ λήψῃ δῶρα ψυχὴν
πατάξαι· τὰ γὰρ δῶρα ἐκτυφλοῦσιν ὀφθαλμοὺς σοφῶν καὶ λυμαί-

liberatione crimina explorare, neque temere accusatoribus credere, utcunque ii fide digni habeantur. in quam sententiam Nicodemus quoque iniustos Iudaeos graviter obiurgat, inquiens (Ioan. 7) "numnam leges vestrae aliquem indicta causa et non explorata re damnant?" nimirum et profani philosophi idem perspicue docent, ita praecipientes: si causam controversia disceptat, suspendatur. si iudicium, probationes explorentur. si quaestiones, id quod aequum est praescribatur, terminus definiatur, scripta rata sint; quae scita sunt, ea facto impleantur. ita omnis tollatur contentio, rursusque amicitia obtineat. tum in apostolicis constitutionibus divinum verbum sic mandat. iudex esto vacuus personarum reputationis, qui neque divitem revereatur aut aduletur aeque amplius, neque pauperi parcat. scriptum est enim: non respicies ad potentis dignitatem, neque miseraberis pauperem in iudicio. dei enim iudicium iuste iustitiam persequetur; neque iusto quicquam iniustum probabitur. non ergo leviter credendum est quibusvis criminationibus re non explorata. fieri enim potest ut odio aut invidia aliquis impulsus fratrem falso criminetur, sicut Susannam duo senes et Iosephum Aegyptia mulier. tu ergo, homo dei, huiusmodi ne prompte admiseris, ne insontem occidas et interficias iustum. neque donis te ad necandum corrumpi sinas: nam munera excaecant oculos iustorum, et iusti sermo-

νονται ῥήματα δίκαια. εἰ οὖν ἀπροσωπολήπτως κρίνετε, ἐπιγνώσεσθε τὸν κατηγοροῦντα κατὰ τὸν πλησίον αὐτοῦ μαρτυρίαν ψευδῆ· καὶ ἀποδείξαντες αὐτὸν συκοφάντην, ποιήσατε αὐτῷ καθ' ὃν τρόπον ἐπονηρεύσατο ποιῆσαι τῷ πλησίον, καὶ ἐξαρεῖτε τὸν πονηρὸν ἐκ μέσου ὑμῶν. ὅσον γὰρ ἐπ' αὐτῷ, ἐφόνευσε τὸν ἀδελφόν, προκαταλαβὼν τὰ ὦτα τοῦ κριτοῦ. γέγραπται γάρ 'ὁ ἐκχέων D αἷμα ἀνθρώπου, ἀντὶ τοῦ αἵματος ἐκείνου ἐκχυθήσεται τὸ αἷμα αὐτοῦ.' ἀλλὰ μηδὲ εἷς παραδεχέσθω μαρτυρῶν κατά τινος, κἂν λίαν ᾖ ἀξιόπιστος. ἐπὶ στόματος γὰρ δύο ἢ τριῶν μαρτύρων πᾶν ῥῆμα βεβαιωθήσεται, εἶπεν ὁ κύριος. εἰ τοίνυν τὸ μὲν εὑρεῖν τὸ δίκαιον ἔργον, τὸ δὲ μὴ διαφθείρειν ἐργωδέστερον ἐπειδὰν εὑρεθῇ, οὐ δεῖ ἐπιρρίπτειν ἑαυτόν τινα τῷ κρίνειν. τότε γοῦν ὀρθῶς ὅρος τῆς δικαιοσύνης σώζεται, ὅταν τῇ μὲν αἰτίᾳ ἡ κρίσις, τῇ δὲ κρίσει ὁ ἔλεγχος, τῷ δὲ ἐλέγχῳ ἡ ψῆφος ἡ πρὸς ποιότητα τοῦ ἁμαρτήματος τὴν τιμωρίαν ὁρίζουσα.

Ἰστέον τοίνυν ὡς ἐν τῇ παλαιᾷ διαθήκῃ περὶ τῆς ἁγίας καὶ P 290 ὁμοουσίου καὶ ζωοποιοῦ τριάδος μυστικῶς ἡ διδασκαλία ἐγκατέσπαρται, ὡς καὶ Φίλωνα καίτοι γε Ἰουδαῖον ἄνδρα ὑπάρχοντα καὶ ζηλωτήν, δι' ὧν καταλέλοιπε συγγραμμάτων, ἀπομάχεσθαι τῇ οἰκείᾳ θρησκείᾳ. βασανίζων γὰρ τὸ εἰρημένον "ἐν εἰκόνι θεοῦ ἐποίησα τὸν ἄνθρωπον," ἠναγκάσθη ὑπὸ τῆς ἀληθείας καὶ ἐξεβιάσθη καὶ τὸν τοῦ θεοῦ λόγον θεολογῆσαι. τί γὰρ εἰ καὶ δεύτερον τὸν συναΐδιον λόγον τῷ πατρὶ καὶ ἀριθμοῦ καὶ χρόνων ἀνώτε-

nibus officiunt. si ergo nullam cuiusquam personae rationem habentes iudicia obitis, deprehendetis eum qui falso crimine proximum suum oppugnavit; eumque calumniae convictum eo malo afficietis, quod ille alteri molitus fuit; malitiosumque tolletis e medio, qui quantum in ipso fuit, auribus iudicis occupatis fratrem necavit. scriptum est enim: qui sanguinem fuderit, eum proprio sanguine luat. neque omnino unius hominum testimonium contra alium, utcunque fide digni, pro certo habendum est. duorum enim, inquit dominus, aut trium testium ore quaevis res confirmanda est. quodsi ergo difficile est id quod iustum sit invenire, adhuc difficilius inventum tueri, nemo iudicium praecipitare debet. tunc autem recte fines iustitiae servantur, cum causae iudicium, iudicio probationes, probationibus sententia, flagitii qualitati respondentem poenam infligens succedit.

Sciendum porro est etiam in veteri testamento de sacra consubstantiali et vivifica trinitate doctrinam arcane dispersam esse, idque adeo ut Philo etiam, tametsi Iudaeus et Iudaicae religionis studiosissimus, in suis tamen commentariis quos posteritati reliquit suam ipsius religionem oppugnet. expendens enim illud dictum "ad imaginem dei hominem condidit," vi veritatis eo est compulsus ut non potuerit non etiam verbum dei asserere. quid enim refert, quod in eo veritatem non est assecutus, dum verbum patre numero et tempore posterius scribit?

ρον ὄντα καλεῖ, τῆς ἀληθείας μὴ ἐφικνούμενος; ὅμως ἔννοιαν
ἔσχε καὶ ἑτέρου προσώπου. οὐκ ἐνταῦθα δὴ μόνον ἔπαθε τοῦτο,
ἀλλὰ καὶ τὸ θεὸς καὶ τὸ κύριος ἑρμηνεῦσαι πειρώμενος τῆς βασι-
B λικωτάτης τριάδος ἔννοιαν ἔσχε. φάσκων γὰρ ὅτι εἷς ἐστὶν ὁ θεός,
οὐ πρὸς τὸν ἀριθμὸν κατέδραμε τῆς μονάδος, ἀλλὰ πρὸς τὸ μυ-
στήριον τῆς ἁγίας τριάδος τὸ τῶν μὲν πάντῃ διαιρετῶν ἑνικώτε-
ρον, τῶν δὲ ὄντως μοναδικῶν ἀφθονώτερον. καὶ οὕτω κατὰ
κράτος εἷλεν αὐτοῦ τὴν ψυχὴν ὡς ἀναγκασθῆναι διαρρήδην τοῦτο
φάναι καὶ ἐν γράμμασι καταλεῖψαι. δύο μὲν γάρ εἶπε τὰς τοῦ
ὄντος δυνάμεις, ὧν ἡ μὲν ποιητικὴ καὶ εὐεργετικὴ φύσει καλεῖται
θεός, ἡ δὲ βασιλικὴ καὶ τιμωρητικὴ κύριος. οὐ πόρρω βαίνων
τοῦ φήσαντος, Χριστὸς θεοῦ δύναμις καὶ θεοῦ σοφία, δύναμις
οὐκ ἀνυπόστατος ἀλλ' ἐνυπόστατος, καὶ παντοδύναμος, καὶ ὑπο-
C στάσεως δημιουργός, καὶ ἰσοσθενὴς ἐκείνου οὗ δύναμις ἐστί. καὶ
πάλιν ὁ αὐτὸς Φίλων περὶ θεοῦ θεάματος, οὗ εἶδε Μωϋσῆς ἐν
τῇ βάτῳ, ἐκφράζων ἔφη· θέαμα ἐκπληκτικώτατον. εἶτα ὁρᾷ
μετ' ὀλίγον κατὰ μέσον τῆς φλογὸς μορφήν τινα περικαλλεστάτην,
ἐμφερῆ οὐδενὶ τῶν ὁρατῶν, θεοειδέστατον ἄγαλμα, φῶς αὐγοει-
δέστερον τοῦ πυρὸς ἀπαστράπτουσαν· ἣν ἐάν τις ὑπετόπησεν εἰ-
κόνα τοῦ ὄντος εἶναι, καλῶς ὑπείληφεν. εἰ δέ τις περὶ τῆς εἰκό-
νος ἀκριβῶς μαθεῖν βούλεται, ἀκουέτω Παύλου λέγοντος περὶ
τοῦ υἱοῦ "ὅς ἐστιν εἰκὼν τοῦ θεοῦ τοῦ ἀοράτου." οὐκοῦν κἀκεῖ-

saltem in alterius personae notitiam pervenit. neque illud ipsum tantummodo movit, sed et vocabula deus ac dominus interpretari conatus regiissimam trinitatem agnovit. cum enim dixisset unum esse deum, non ad unitatis numerum sed ad sancti ternionis confugit mysterium; qui ad unitatis naturam propius accedit quam ea quae omnino dividi possunt, et uberior tamen est quam quae prorsus sunt solitaria. tanta autem vi animum eius ista sententia occupavit, ut eam palam profiteri ac scriptam quoque relinquere coactus fuerit. duas enim ait esse eius quod est facultates, quarum altera effectrix et benefica natura deus appelletur, altera regia et ultrix dominus. quod eius dictum non procul abest ab eo quod in Scriptura Christus dei potentia et sapientia dei dicitur, potentia scilicet seu facultas non carens substantia sed substantialis, omnipotens, ac substantiarum effectrix, eiusdemque cum eo potentiae cuius est facultas. rursus idem Philo spectaculum explicans quod in rubo Moses vidit, ita loquitur. spectaculum vidit quam maxime terribile. cernit paulo post in medio flammae quandam pulcherrimam formam, nullius visibilis rei similem, simulacrum divinae speciei admodum conforme, lucem nimirum quae ipsa flamma splendidius effulgebat; quam si quis imaginem eius qui est arbitretur, is recte indicaverit. qua de imagine si quis exacte vult cognoscere, is audiat Paulum sic de filio loquentem (Col. 1) "qui est invisibilis dei imago." neque

νος θεολογίας ὀρθοδόξου ἅπτεται. μὴ γὰρ τὴν ἀκρίβειαν ζήτει παρὰ τοῦ δυνηθέντος ὅλως διὰ σύνεσιν εἰλικρινῆ κατοπτεῦσαι τὴν ἀλήθειαν καὶ τῇ ἰδίᾳ θρησκείᾳ ἀπομάχεσθαι. ἀλλ' ἐκεῖνο ἐννόει, D ὅτι εἰς ἓν πρόσωπον οὐ συνέκλεισε τὴν θεολογίαν, ὡς οἱ ἀπαίδευτοι καὶ κακόσχολοι τῶν Ἰουδαίων καθηγηταὶ προλήψει τινὶ κατεχόμενοι δογματίζουσιν. οὐκ ἐκ τούτων δὲ μόνων πληκτικωτάτων ὄντων εἰς ταύτην προήχθη, ὥς γε ἡγοῦμαι, τὴν ἔννοιαν, ἀλλὰ καὶ ἐκ τοῦ "ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν," καὶ ἐκ τοῦ "ἔβρεξε κύριος πῦρ παρὰ κυρίου," καὶ ἐκ τοῦ "εἶπεν ὁ κύριος τῷ κυρίῳ μου, κάθου ἐκ δεξιῶν μου," καὶ ἐκ τοῦ "ὅτι ἐν σοὶ ὁ θεός, καὶ σὺ εἶ ὁ θεός." τοὺς γὰρ λέγον- P 291 τας ὅτι μυριάκις ἐστὶν ἅγιος ὁ θεός, καὶ τό "ἅγιος ἅγιος ἅγιος κύριος" παρερμηνεῦσαι τολμῶντας, λαμπρῶς ἐλέγχει τό "ἐξεζήτησα τὸ πρόσωπόν σου, τὸ πρόσωπόν σου κύριε ζητήσω, μὴ ἀποστρέψῃς τὸ πρόσωπόν σου ἀπ' ἐμοῦ." εἰ μὴ γὰρ τὴν ἁγίαν ἀνεκήρυττε μυστικῶς τριάδα ὁ φράσας, περιττολογίας δίκαιος ἂν εἴη ἀπαιτηθῆναι δίκην. οὐ μόνον δὲ ἐν τούτῳ (χρῆναι γὰρ οἶμαι ἐπὶ σαφέστερον ὁρμῆσαι ῥητὸν) ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ "θῦσον τῷ θεῷ θυσίας αἰνέσεως, καὶ ἀπόδος τῷ ὑψίστῳ τὰς εὐχάς σου, καὶ ἐπικάλεσαί με ἐν ἡμέρᾳ θλίψεώς σου, καὶ ἐξελοῦμαί σε καὶ δοξάσεις με." εἰ μὴ γὰρ ἡ τριὰς ἐνταῦθα σαφῶς ἐκηρύττετο, ἔδει ῥηθῆ- B ναι "θῦσον τῷ θεῷ θυσίαν αἰνέσεως, καὶ ἀπόδος τῷ ὑψίστῳ τὰς εὐχάς σου, καὶ ἐπικάλεσαι αὐτὸν ἐν ἡμέρᾳ θλίψεώς σου, καὶ

vero Philo veracis theologiae decreta assecutus est; neque est cur ab eo tantam perfectionem requiras, ut putes eum sincera intelligentia perspicere veritatem potuisse et suam religionem abiicere. sed hoc considera, quod disputationem de deo non ad unicam adstrinxit personam, sicut indocti ac male feriati Iudaeorum magistri faciunt, a maioribus per manus traditam opinionem sectantes. neque haec ego tantum, quamquam plurimum habeant momenti, censeo Philoni causam ita sentiendi praebuisse, sed etiam haec (Gen. 1) "faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram," item (Gen. 18) "pluit dominus ignem a domino" et (Psal. 109) "dixit dominus domino meo, sede a dextris meis" et "quoniam in te deus est, et tu es deus." eos enim qui dicunt deum infinitis modis esse sanctum, audentque in alium quam de trinitate sensum interpretari illud (Esa. 6) "sanctus, sanctus, sanctus dominus," eos haec dicta aperte refellunt (Psal. 26) "quaesivi faciem tuam, faciem tuam, domine, requiram: ne avertas faciem tuam a me." nisi enim auctor his verbis mystice sanctam trinitatem indicasset, merito supervacaneorum verborum inculcationis damnari posset. neque in hoc tantum (arbitror enim apertius adhuc dictum aliquod proferendum) sed et in hoc (Psal. 49) "sacrificium laudis domino exhibe, ac vota tua altissimo persolve. invoca me tempore aerumnarum tuarum, et eruam te,

ἐξελεῖταί σε, καὶ δοξάσεις αὐτόν." καὶ οὕτω μὲν οὐκ ἐρρήθη, εἴρηται δὲ ὡς εἴρηται. σαφῶς γὰρ διὰ τούτων καὶ δι' ἄλλων πολλῶν ἡ παλαιὰ διαθήκη κηρύττει ὅτι οὐχ ἑνὸς προσώπου σημαίνει δεσποτείαν, ἀλλὰ τριῶν μὲν ὑποστάσεων μιᾶς δὲ οὐσίας, ἵνα καὶ Ἰουδαίων στηλιτεύσῃ τὴν ὡς ἐφ' ἑνὸς προσώπου οὐχ ὑγιῆ ἔννοιαν. οἷς καὶ Σαβέλλιος ἠκολούθησεν. ἴσως δὲ ἐκ τῆς ἄγαν τοῦ υἱοῦ πρὸς τὸν πατέρα ἰσότητος εἰς τὸ μίαν ὑπόστασιν δογμα-
C τίσαι νευρωθείς, τὴν πολυθεΐαν Ἑλλήνων ἐξωστράκισεν, ὧν Ἄρειος καὶ Εὐνόμιος ἑάλωσαν εἶναι φοιτηταί, τὴν τῶν ὑποστάσεων διαφορὰν εἰς τὴν οὐσίαν παραλόγως ἑλκύσαντες. εἰ δέ τις φαίη, μὴ σαφῶς καὶ διαρρήδην ἐξ ἀρχῆς ταῦτα κεκήρυκται; φαίην ὅτι μάλιστα τοῖς συνετῶς ἀκούουσι λαμπρά ἐστιν αὕτη καὶ ἀπόδειξις καὶ διδασκαλία, ὡς καὶ τῷ σοφῷ ἔδοξε Φίλωνι. εἰ δὲ καὶ συνεσκιασμένως ἐρρέθη, ἐκεῖνο λογίζεσθαι χρή, ὅτι Ἰουδαίοις τοῖς εἰς πολυθεΐαν ῥέπουσι νομοθετοῦντες οὐκ ἐδοκίμασαν διαφορὰν προσώπων εἰσαγαγεῖν, ἵνα μὴ διάφορον φύσιν ἐν ταῖς ὑποστάσεσιν εἶναι δογματίσαντες εἰς εἰδωλολατρίαν ἑλκυσθῶσιν,
D ἀλλὰ τῆς μοναρχίας ἐξ ἀρχῆς μαθόντες μάθημα κατὰ μικρὸν τὸ τῶν ὑποστάσεων ἀναδιδαχθῶσι δόγμα, τὸ πάλιν εἰς ἑνότητα φύσεως ἀνατρέχον, ὡς εἶναι τὰ μὲν ἑνικῶς λεγόμενα τῆς ταυτότητος τῆς φύσεως παραστατικά, τὰ δὲ ὑπερβαίνοντα τὸν ἑνικὸν ἀριθμὸν

ac praedicabis me." nam si hic trinitas non aperte praedicaretur, ita fuerat dicendum: sacrificium laudis domino exhibe, ac vota tua altissimo persolve; et invoca eum cum premeris, et eruet te, ac praedicabis eum. sed non hoc modo, verum ita ut rettuli vates locutus est. perspicue enim his et aliis multis locis vetus testamentum exprimit se imperium non uni personae attribuere, sed tribus substantiis, quarum unica sit natura et eadem essentia, ut Iudaeorum de unica persona non sanam sententiam traduceret. atque Iudaeos quidem Sabellius videtur secutus, nisi forte dum multitudinem deorum Graecanicam exagitat, nimium aequalitati filii ac patris intentus ad opinionem de unica persona prolapsus fuit. Graecorum sectatores deprehensum est fuisse Arium et Eunomium, qui ex discrimine personarum diversas essentias absurde intulerunt. quodsi quis roget cur non ab initio statim haec manifesto fuerint indicata, responderim, iis qui scienter audirent, demonstrationem istam atque doctrinam fuisse apprime perspicuam, ut etiam sapienti visum fuit Philoni. quod autem ista obscurius promulgata sunt, cogitandum est vatibus, cum Iudaeis ad multitudinem deorum statuendam proclivibus leges praescriberent, non consultum visum fuisse differentiam personarum commemorare, ne ii diversas etiam naturas personarum opinantes ad falsam religionem desciscerent, sed potius ab initio statim edocti unum esse mundi dominum, paulatim deinde de personis doctrina instruerentur, quae ipsa ad unitatem naturae redit. ita quae unitatis numero de deo dicuntur, unitatem naturae confirmant: quae eum nume-

τῆς τῶν ὑποστάσεων ἰδιότητος τῆς εἰς μίαν οὐσίαν συναγομένης.
τὸ μὲν γὰρ διαφόρους φύσεις ὑποτίθεσθαι Ἑλληνικόν, τὸ δὲ ἓν
πρόσωπον ἤγουν μίαν ὑπόστασιν Ἰουδαϊκόν· τὸ δὲ πλατύνοντας
εἰς τὴν ἁγίαν καὶ ὁμοούσιον τριάδα τὰς ὑποστάσεις εἰς μίαν οὐ-
σίαν συνάγειν, ὀρθότατόν ἐστι καὶ ἀληθινὸν τὸ δόγμα. κεφά- P 292
λαιον δὲ ἐπὶ τοῖς λεγομένοις, οὐκ ἔστι φυσικὰς ἀποδείξεις κατὰ
πάντα παραστῆσαι τῶν ὑπὲρ φύσιν πραγμάτων. εἰ γὰρ καὶ σὰρξ
ἀληθὴς ὁ λόγος ἐγένετο, ἀλλ' οὐ ψιλὸς ἄνθρωπος ὁ Χριστὸς ἐν-
ανθρωπήσας, μᾶλλον δὲ θεὸς ἐξ ἑκατέρων τῶν φύσεων εἰς ὑπάρ-
χει υἱὸς θεοῦ θεὸς ὑπερούσιος, εἰ καὶ διαρρήγνυνται οἱ τὸ μεῖζον
καὶ ἔλαττον ἐπὶ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ συγκρίνοντες, ἑτεροούσιον
τὸν υἱὸν τοῦ πατρὸς καὶ ἀνόμοιον δογματίζοντες. οὐ γὰρ ἴσασιν,
ὡς ἔοικεν, ὅτι μεῖζον καὶ ἔλαττον ἐπὶ τῶν ὁμοουσίων ζητεῖται καὶ
κρίνεται, ὡς ἄνθρωπος ἀνθρώπου μείζων καὶ βοῦς βοὸς καὶ ἵπ- B
πος ἵππου, καὶ ἁπαξαπλῶς ὁ κανὼν τῆς συγκρίσεως τοῖς ὁμογενέ-
σιν ἁρμόζει. ὁ τοίνυν τὰ τοῦ θεοῦ τολμηρῶς περιεργαζόμενος,
καὶ μείζονα λέγων τοῦ υἱοῦ τὸν πατέρα, τὴν σύγκρισιν ὡς ὁμοού-
σιον προσίεται, κἂν μὴ βούληται· ἑτεροούσια γὰρ ἀλλήλοις συγ-
κρίνεσθαι οὐ δύναται, οὔτε λέγεται μείζων ἄνθρωπος βοὸς ἢ μεί-
ζων ἄνθρωπος καμήλου ἢ μείζων ἄνθρωπος ἰχθύος. τὰ μέντοι
γε τὸν ἑνικὸν ἀριθμὸν ὑπερβαίνοντα ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ τῆς τῶν
ὑποστάσεων διαφορᾶς εἰσὶ παραστατικά, τὰ δὲ ἑνικῶς ἐξενηνε-

17 ὁμοουσίων?

rum excedunt, proprietates personarum in una essentia comprehensarum indicant. diversas enim in deitate naturas statuere Graecum est, unicam personam Iudaicum: ceterum sanctam et unam essentia trinitatem diducere in tres personas, hasque in unam naturam recolligere, rectissimum est et vera sententia. his in summa addo, rerum naturam excedentium demonstrationes naturales non posse ubique dari. nam tametsi verbum dei vera caro factum est, non tamen nudus homo fuit Christus in carne degens, sed potius deus ex utraque natura unus exstitit filius dei deus, natura rerum creatarum superior, vel si rumpantur qui patrem cum filio ratione maioris et minoris comparantes diversae substantiae a patre filium eique dissimilem statuunt. quos apparet non animadvertisse, quod maius et minus tantum in his quaeruntur et indicantur quae eiusdem sunt naturae, ut homo homine maior itemque bove bos et equus equo dicitur; omninoque regula ea comparandi in iis locum habet quae sunt eiusdem generis. qui ergo audaci curiositate deum patrem filio maiorem dicit, is invitus etiam eandem naturam utriusque admittit. quae enim natura differunt, ea comparari non possunt; neque homo bove camelo aut pisce maior dicitur. sane quae in sacris literis de deo supra singularem numerum dicuntur, ea ad personarum discrimina monstranda faciunt: singulari numero effata unitatem naturae docent. atque illa

γμένα τῆς ταυτότητος τῆς φύσεως. τὰ μὲν γὰρ εἴρηται, ἵνα Σαβέλλιος καὶ Ἰουδαῖοι ἐπιστομισθῶσι, τὰ δέ, ἵνα Ἄρειος καὶ Εὐ- C νόμιος καὶ Ἕλληνες στηλιτευθῶσιν. οἱ γὰρ πλατύνοντες μὲν εἰς τὴν ἁγίαν τριάδα τὸν τῶν ἰδιοτήτων ἀριθμόν, συστέλλοντες δὲ εἰς μίαν οὐσίαν, ὀρθότατα δογματίζουσι καὶ ταῖς τῶν οὐρανίων χρησμῶν ἕπονται διδασκαλίαις, μήτε εἰς πολυθεΐαν διὰ τὴν τῆς φύσεως διαφορὰν ἐκπίπτοντες, μήτε εἰς ἰουδαϊσμὸν διὰ τὴν τοῦ ἑνὸς προσώπου σύστασιν ὀλισθαίνοντες. πῶς δὲ οὐκ ἐρυθριῶσι κτίσματι προσκυνοῦντες καὶ ταῖς ἑαυτῶν μαχόμενοι ψήφοις; ἀπαγορεύοντες γὰρ τὸ μὴ τῇ κτίσει προσκυνεῖν ὡς Ἑλληνικόν, αὐτοὶ τοῦτο δρῶντες ἑαυτοὺς λανθάνουσι. χρὴ δὲ καὶ τοῦτο εἰδέναι, ὡς οὐ τὰ αὐτὰ ὀνόματα πάντως καὶ τὰ αὐτὰ μηνύει πράγματα, οὔτε ἡ ὁμωνυμία συνωνυμίαν ἐκ παντὸς τρόπου ἐμφαίνει. ἐπὶ D μὲν γὰρ τοῦ υἱοῦ κυρίως λέγεται ἡ γέννησις, ἐπὶ δὲ τῶν κτισμάτων καταχρηστικῶς, ἐπ' ἐκείνου μὲν τῆς ἀληθείας ἕνεκεν καὶ τῆς ὁμοουσιότητος, ἐπὶ δὲ τούτων τιμῆς χάριν καὶ υἱοθεσίας. βουληθεὶς γὰρ ἀπεκύησεν ἡμᾶς λόγῳ ἀληθείας. μὴ τοίνυν ἡ ὁμωνυμία τὴν ὁμοτιμίαν ἐνταῦθα τικτέτω, μηδὲ τὰ καταχρηστικῶς εἰρημένα κυρίως λεχθῆναι νομιζέσθω, ἐπεὶ καὶ τὸν θυμὸν καὶ τὴν ὀργὴν καὶ τἆλλα πάντα τὰ τῇ θείᾳ μὴ πρέποντα φύσει, καταχρηστικῶς λελεγμένα, οὐκ ἄν τις εὐφρονῶν κυρίως πεφράσθαι P 293 φαίη. δῆλον γάρ ἐστιν ὅτι ἑκάστῳ χωρίῳ καὶ ἑκάστῃ λέξει ἡ

15 ὑπ' P 22 φαίνει P

quidem, ut Sabellio et Iudaeis ora obturari possent, dicta sunt, haec, ut Arius Eunomius et Graeci notarentur. qui vero sanctam trinitatem in personarum ternarium extendunt, ita ut has in unam compingant naturam, ii rectissime sentiunt, caelestiumque auctoritatem oraculorum sequuntur, ac neque ad multitudinem deorum statuendam diversitate naturarum conficta adiguntur, neque unius personae commento in Iudaismum prolabuntur. quomodo autem non erubescunt haeretici, creaturam adorantes sibique ipsis refragantes? cum enim vetent creaturam adorare, Graecanicum quippe, ipsi imprudentes idem committunt. id quoque sciendum est, non semper iisdem vocabulis easdem res significari, neque statim eodem modo notari ea quae communi vocabulo indicantur. nam proprie dicitur filium esse genitum: de creatura idem improprie dixeris. filio enim tribuitur hoc veritatis causa, et quia eiusdem est cum patre naturae, creaturis autem honoris et adoptionis gratia. sua enim voluntate motus genuit nos, verbo veritatis. non igitur nominis communitas hic eandem dignitatem utrimque adferre, aut quod improprie dicitur, proprie usurpatum putetur, quando excandescentiam etiam et iram et alia divinae naturae nequaquam convenientia nemo sanus deo proprie adscribi censebit, cum abusu vocabulorum ei adscribantur. constat enim

προσήκουσα καὶ ἁρμόζουσα διασάφησις προσαγομένη τὴν ἀλήθειαν ὠδίνει.

Εἰπάτωσαν δέ γε καὶ οἱ εἰς τὸ ἅγιον πνεῦμα βλασφημοῦντες καὶ τῆς θείας οὐσίας αὐτὸ χωρίζοντες, πῶς ὁ θεὸς καὶ σωτὴρ ἡμῶν ἐνανθρωπήσας παρέδωκε συμπληρωτικὸν εἶναι τῆς ἁγίας τριάδος τὸ πανάγιον πνεῦμα, καὶ ἐν τῇ ἐπικλήσει τοῦ θείου βαπτίσματος σὺν πατρὶ καὶ υἱῷ ὡς ἐλευθεροῦν τῶν ἁμαρτημάτων τοὺς ἀνθρώπους ἀριθμούμενον. καὶ ἐπὶ τῆς μυστικῆς τραπέζης τὸ σῶμα ἰδικὸν τῆς τοῦ υἱοῦ σαρκώσεως ἀποφαῖνον, πῶς ἂν εἴη ποιητὸν ἢ κτιστὸν ἢ τῆς δουλικῆς φύσεως, ἀλλ' οὐ τῆς δεσποτικῆς B καὶ δημιουργοῦ καὶ βασιλίδος οὐσίας συγγενὲς καὶ ὁμοούσιον τὸ ἅγιον πνεῦμα; εἰ γὰρ δοῦλον, μὴ συναριθμείσθω τῷ κτίστῃ· ἥνωται γὰρ καὶ συνηρίθμηται, ἐπειδὴ τῷ ἀκριβεῖ τῶν τοιούτων δογματιστῇ Χριστῷ πείθεσθαι προσήκει, βεβαίως καὶ ἀσφαλῶς τὰ περὶ τῆς οἰκείας οὐσίας διδάσκοντι, εἰ καὶ τοῖς πνευματομάχοις δοκεῖ, σοφωτέρους εἶναι καὶ τὰ οὐράνια πλέον εἰδέναι θεοῦ κομπάζοντας ἢ μᾶλλον τολμηρῶς τε καὶ δυσσεβῶς ῥητορεύοντας. εἰ οὖν ὁ θεῖος Δανιὴλ ἄγγελον θεασάμενος καὶ θαυμάσας τὸ κάλλος καὶ τὸ μέγεθος τοῦ ὀφθέντος πρηνὴς ἔπεσεν, ἐκπλαγεὶς πρὸς τὸ παράδοξον τῆς θέας, ποίαν ἕξουσιν ἀπολογίαν οἱ πατρὶ καὶ υἱῷ C καὶ ἁγίῳ πνεύματι μεσιτεύειν τολμῶντες καὶ τὴν ἄρρητον φύσιν λόγοις ζυγοστατεῖν ἐπιχειροῦντες καὶ φυσιολογοῦντες; τὴν τοίνυν

cuivis loco et vocabulo convenientem et quadrantem interpretationem adhibitam veritatem parturire.

Iam qui de sancto spiritu impie loquuntur eumque divina natura exterminant, respondeant quomodo servator noster deus in humano corpore obversans sanctum illum spiritum voluerit complementum esse trinitatis, idque in baptismo una cum patre et filio, ut qui homines a peccatis liberent, numerari atque invocari. et in mystica coena, cum spiritus sanctus corpus incarnati verbi dicatur formasse, quomodo possit factus esse aut creatus, aut servilis condicionis, non imperatricis naturae, quae omnes res efficit atque gubernat? si enim servili est statu, non debet annumerari domino: si creatura, non debet cum creatore poni. certe autem unitus ei est et annumeratur, si quidem rectum est Christo harum rerum accuratissimo doctori fidem adhibere, firmiter et constanter divinam naturam enarranti. tametsi spiritus impugnatores sibi eo sapientiores videntur, rerumque sibi caelestium maiorem quam in deo sit cognitionem arrogant, sive ea potius temeraria est et impia garrulitas. quodsi Danielus angelo conspecto pulchritudinem eius et magnitudinem miratus pronus in faciem procubuit, attonitus inusitato spectaculo, quidnam excusationis afferent, qui audacter se patri filio ac spiritui sancto ingerunt, ineffabilemque naturam verbis trutinare atque explicare conantur? ceterum sacrae literae temporis expertem aeter-

ἄχρονον καὶ ἀΐδιον καὶ ἀμεσίτευτον καὶ παντὸς λόγου καὶ νοῦ κρείττονα πρόοδον τοῦ υἱοῦ ἀπὸ τοῦ πατρὸς γέννησιν καλοῦσιν αἱ γραφαὶ οὐχ ἵνα πάθος ὑπογράψωσιν, ἀλλ' ἵνα τὸ ὁμοούσιον ὑποδείξωσιν· ὁμοούσια γὰρ τῷ ὄντι τὰ τικτόμενα τοῖς τίκτουσιν. ἵνα δὲ μὴ φαντασίαν πάθους ἐπικομίσῃ, λόγον προσαγορεύουσιν. ἵνα μὴ νεώτερος ἐπινοηθῇ, "ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος" φασίν. εἶτα
D καὶ τὴν πρὸς τὸν πατέρα σχέσιν κηρύττοντες "καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν θεόν." εἶτα καὶ τὴν ἀξίαν, "καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος." ἐκ μὲν τοῦ υἱοῦ τὸ ὁμοούσιον, ἐκ δὲ τοῦ λόγου τὸ ἀπαθές, καὶ ἐκ μὲν τοῦ ἐν ἀρχῇ εἶναι τὸ συναΐδιον, ἐκ δὲ τοῦ πρὸς τὸν πατέρα εἶναι τὴν πρὸς αὐτὸν οἰκειότητα, διὰ δὲ τοῦ θεὸν εἶναι τὴν ἀξίαν αὐτοῦ καταμαθόντες, καὶ ἐξ ἑκάστου ὀνόματος τὸ μὴ ἐφορμοῦν καὶ ἀπρεπὲς ἀποπεμψάμενοι, οἷον ἀπὸ μὲν τοῦ υἱοῦ τὸ νεώτερον, ἀπὸ δὲ τοῦ λόγου τὸ ἀνυπόστατον, θεὸν ἀΐδιον ὁμοούσιον καὶ ἀγαθὸν καὶ ἀχρόνως ἐκ τοῦ πατρὸς προελθόντα εἰδείημέν τε καὶ προσκυνήσαιμεν.

P 294 Μετὰ θάνατον Εὐσταθίου τοῦ ἁγιωτάτου ἐπισκόπου Ἀντιοχείας Φλαβιανὸς ὁ μέγας προχειρίζεται. τούτοις τοῖς χρόνοις ἀνεφύη καὶ ἡ τῶν Μασαλιανῶν αἵρεσις εἴτ' οὖν Εὐχιτῶν καὶ Ἐνθουσιαστῶν καὶ Λαμπετιανῶν καὶ Βογομίλων (πολυώνυμος γάρ ἐστιν αὕτη) ἀπὸ Ἀδελφιοῦ καὶ Δαδώη καὶ Σάβα καὶ Συμεῶνος τῶν αἱρεσιαρχῶν. ἀφ' ὧν ὁ μέγας Φλαβιανὸς μοναχοὺς συναθροίσας

9 μὲν οὖν τοῦ ?

num, nullo medio interceptum, omnique ratione et intellectu superiorem filii a patre progressum genituram vocant, non ut accidens aliquod designent, sed ut unitatem naturae exprimant. revera enim quae gignuntur et quae gignunt, eiusdem sunt inter se naturae. ac ne tu accidens aliquod imagineris, filius verbum seu ratio dicitur; ne patre posteriorem putares, scriptum est "in principio erat verbum." additur respectus ad patrem: "et verbum erat apud deum." subiicitur dignitas: "et verbum erat deus." vocabulo filii essentia eadem, verbi, vacuitas perpessionum, in principio fuisse, aeternitas cum patre ei communis indicatur; apud patrem fuisse necessitudinem, deum esse, dignitatem eius. quibus consideratis, ac de singulis ea quae non conveniunt neque decent amolientes, ut de filio, posteriorem, de verbo, propria substantia carens, ita quidem filium aeternum deum eiusdem cum patre substantiae, bonum, et qui extra tempus a patre progressus sit, agnoscemus ac venerabimur.

Mortuo Antiocheae episcopo sanctissimo Eustathio Flavianus magnus subrogatur. iis temporibus Messalianorum haeresis initium habuit; qui et Euchitae a precibus, et ab instinctu numinis Enthusiastae, ac praeterea Lampetiani atque Bogomili nominantur. principes sectae fuerunt Adelphius, Dadoe, Saba et Simeon. de hac secta Flavianus multos

πόλλούς, καὶ τὴν αἵρεσιν ἐξαρνουμένους τόνδε τὸν τρόπον διήλεγξεν. ἐπίσημον γάρ τινα παρ' αὐτοῖς γέροντα παραλαβὼν κατ' ἰδίαν ἔφη πρὸς αὐτὸν μετὰ πανουργίας "ἡμεῖς μέν, ὦ πρεσβῦτα, τὸν πλείω βεβιωκότες βίον ἀκριβέστερον καὶ τὴν ἀνθρωπείαν ἐμάθομεν φύσιν καὶ τὰ τῶν ἀντιπάλων δαιμόνων ἔγνωμεν εὖ μάλα B μηχανήματα, πείρᾳ δὲ καὶ τὴν τῆς χάριτος ἐδιδάχθημεν χορηγίαν. οὗτοι δὲ νέοι ὄντες, καὶ τούτων ἀκριβῶς οὐδὲν ἐπιστάμενοι, πνευματικωτέρων λόγων ἀκοῦσαι οὐ φέρουσιν. οὐκοῦν εἰπέ μοι, πῶς φατὲ καὶ τὸ ἐναντίον πνεῦμα ὑποχωρεῖν καὶ τοῦ παναγίου πνεύματος τὴν χάριν ἐπιφοιτᾶν διὰ τῆς ὑμετέρας εὐχῆς καὶ ἐπιτηδεύσεως;" ὁ δὲ τοῖς λόγοις τούτοις καταθελχθεὶς ἐξήμεσεν ἅπαντα τὸν κεκρυμμένον ἰὸν καὶ ψυχοφθόρον, καί φησιν "οὐδεμίαν μὲν ἐκ τοῦ βαπτίσματος ἴσμεν ὠφέλειαν τοῖς ἀξιουμένοις ἐγγίνεσθαι, μόνην δὲ τὴν σπουδαίαν εὐχὴν τὸν ἔνοικον καὶ συνουσιωμένον δαίμονα ἐξελαύνειν. ἕλκει γὰρ ἕκαστον τῶν τικτομένων ἐκ C τοῦ προπάτορος ὥσπερ τὴν φύσιν, οὕτω δὴ καὶ τὴν τῶν δαιμόνων δουλείαν, ὧν ὑπὸ τῆς σπουδαίας εὐχῆς ἐλαυνομένων ἐπιφοιτᾷ λοιπὸν τὸ ἅγιον πνεῦμα ὁρατῶς καὶ αἰσθητῶς, καὶ τὴν οἰκείαν παρουσίαν φανερώτατα σημαῖνον, τὸ μὲν σῶμα τῆς ἐμπαθοῦς κινήσεως ἐλευθεροῦται παντελῶς, ἡ δὲ ψυχὴ τῆς ἐπὶ τὰ χείρω ῥοπῆς τέλεον ἀπαλλάττεται, ὡς μηκέτι δεῖσθαι λοιπὸν μήτε νηστείας πιεζούσης τὸ σῶμα μήτε διδασκαλίας χαλινούσης τὴν ψυχὴν καὶ τὸν νοῦν ἀπὸ πάσης ἐνεργείας πονηρᾶς καὶ ἐνθυμήσεως. οὐ μόνον

monachos congregavit; cumque ii se in ea esse haeresi negarent, ita eos coarguit. quendam magni inter ipsos nominis senem seorsim abductum astute sic compellavit. "nos, o senex, qui diutius viximus, accuratius etiam humanam cognovimus naturam, et adversariorum daemonum machinas praeclare comperimus: tum experientia didicimus gratiam spiritus suppeditari. isti autem adolescentes nihil horum perfecte habentes cognitum paulo spiritualiores sermones audire non sustinent. edissere ergo mihi, quomodo dicitis adversum spiritum vestris precibus atque exercitatione depelli sanctique spiritus gratiam introduci?" his verbis senex demulsus occultum ac animis letale venenum omne evomuit. "nullam" inquit "a baptismo utilitatem censemus conferri: solam seriam precationem facere ad daemonem qui in homine inhabitat eiusque substantiae unitus est, abigendum. etenim quivis homo a progenitore ut naturam, ita et daemonum servitutem trahit; quibus daemonibus proba precatione profligatis, tum sanctus ingruit spiritus, ita quidem ut et videri hoc et sentiri possit. nam manifestissime adventum suum indicans, corpus motu qui ab animi perturbationibus proficiscitur prorsus liberat, animae autem momentum ad deteriora omne eximit, ut porro neque ieiunio opus sit quo corpus subigatur, neque doctrina animam frenante mentemque ab omni mala actione ac cogitatione inhibente. neque vero

δὲ τῶν τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος ὁ τοιοῦτος ἀπαλλάττεται αἰσχίστων παθῶν καὶ σκιρτημάτων, ἀλλὰ καὶ τὰ μέλλοντα σαφῶς
D προλέγει καὶ τὴν ἁγίαν τριάδα ὀφθαλμοφανῶς θεωρεῖ καὶ θεολογίας καὶ θείων μυστηρίων ἀξιοῦται." οὕτως ὁ θεῖος Φλαβιανὸς τὴν δαιμονιώδη αἵρεσιν ἀνορύξας ἔφη πρὸς τὸν δυσσεβέστατον γέροντα "πεπαλαιωμένε κακῶν ἡμερῶν, ἤλεγξέ σε τὸ σὸν μιαρώτατον στόμα, καὶ οὐκ ἐγώ, καὶ τὰ σὰ διεφθαρμένα καὶ ἀκάθαρτα χείλη καταμαρτυροῦσί σου." φανερωθείσης δὲ τῆς σατανικῆς καὶ βδελυρᾶς ἀπάτης καὶ αἱρέσεως ταύτης, τῆς μὲν Συρίας ἐξηλάθησαν, εἰς δὲ τὴν Παμφυλίαν ἀνεχώρησαν καὶ ταύτην τῆς λώβης ἐπλήρωσαν, νῦν δὲ σχεδὸν εἰπεῖν καὶ τὴν πλείονα δύσιν.

P 295 Τῷ κα' ἔτει τῆς βασιλείας τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου διαβάλλουσι Σαπώρην τὸν βασιλέα Περσῶν κατὰ Χριστιανῶν, καὶ γίνεται διωγμὸς ὡς πλείους τῶν δεκαοκτὼ χιλιάδων ὑπ' αὐτοῦ ἀναιρεθῆναι. ἡ δὲ αἰτία τῆς διαλύσεως τῆς μεταξὺ Ῥωμαίων καὶ Περσῶν γενομένης εἰρήνης γέγονε δι' αἰτίαν τοιαύτην. Μητρόδωρός τις Περσογενὴς προσποιησάμενος φιλοσοφεῖν ἀπῆλθεν ἐν Ἰνδίᾳ καὶ τοὺς Βραχμᾶνας, καὶ χρησάμενος ἐγκρατείᾳ πολλῇ γέγονεν αὐτοῖς σεβαστός. εἰργάζετο δὲ ὑδρομύλους καὶ λουτρά, μέχρι τότε μὴ γνωριζόμενα παρ' αὐτοῖς. οὗτος ἐν τοῖς ἀδύτοις ὡς εὐσεβὴς εἰσιὼν λίθους τιμίους καὶ μαργαρίτας πολλοὺς ὑφεί-
B λετο. ἔλαβε δὲ καὶ παρὰ τοῦ βασιλέως τῶν Ἰνδῶν, ὥστε τῷ βασιλεῖ δῶρα κομίσαι· καὶ ἐπανελθὼν εἰς τὸ Βυζάντιον δέδωκε ταῦτα

18 καὶ τοὺς] κατὰ τοὺς?

homo animi modo et corporis solvitur turpissimis affectibus atque petulantia, sed et futura perspicue praedicit, sanctam trinitatem oculis suis cernit, rerum divinarum cognitione et sacrorum mysteriorum donatur." Flavianus vero cum hoc pacto diabolicam istam haeresin eruisset, ita est impiissimum senem allocutus. "confecte malis diebus, arguit te impurissimum os tuum, non ego; testimoniumque adversus te tulerunt perdita tua et immunda labia." porro diabolica illa haeresi detecta scelestoque errore, eius professores Syria expulsi in Pamphiliam abiverunt, eamque lue ista impleverunt, quae nunc maiorem quoque Occidentis partem occupavit.

Annum vigesimum primum imperante Constantino, Sapores Persarum rex calumniis contra Christianos exasperatus graviter eos persecutus est, et supra 18 milia eorum interfecit. causae pacis inter Romanos et Persas ruptae haec fuit. Metrodorus quidam Persa sub praetextu philosophandi in Indiam se ad Brachmanes contulit, magnaque usus continentia venerabilis est eis factus. molas quoque aquaticas et lavacra exstruxit, ipsis hactenus ignotas res. is Metrodorus quod pii hominis existimationem sibi parasset, in penetralia sacrarii ingressus multos lapides pretiosos et margaritas sustulit: accepit etiam a rege Indiae quae dono imperatori ferret. inde Byzantium reversus tanquam

ὡς ἴδια τῷ βασιλεῖ. θαυμάζοντι δὲ αὐτῷ ἔφη καὶ ἄλλα διὰ γῆς προπέμψαι, ἀλλ' ἀφαιρεθῆναι ὑπὸ Περσῶν. γράφει οὖν ἀποτόμως Κωνσταντῖνος πρὸς Σαπώρην, ἀποσταλῆναι αὐτά, καὶ δεξάμενος οὐκ ἀνταπέστειλε. διὰ τοῦτο ἐλύθη ἡ εἰρήνη. ἐκ τούτων οὖν τῶν λίθων ἔργον ποιήσας ὁ βασιλεὺς ἀπέστειλε τοῖς πέραν τοῦ Δαννουβίου ἔθνεσιν, ἐπιγράψας τῷ μείζονι τὸ δῶρον· ὅπερ γέγονεν αὐτοῖς ὀλέθρου αἴτιον διὰ τὴν ἐπιγραφήν. φασὶ δὲ αὐτὸν πρῶτον πάντων τῶν βασιλέων διαδήματι χρήσασθαι καὶ C μαργαρίταις καὶ ἄλλοις λίθοις περιεργότερον κοσμηθῆναι. ἀλλὰ καὶ πτύχας εὐαγγελίων χρυσᾶς διὰ μαργάρων καὶ λίθων κατασκευάσας ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ προσήγαγε, θαύματος ἀξίας. ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ καὶ ἡ ἁγία καὶ μακαρία Ἑλένη πρὸς κύριον ἐκδημεῖ, ἐτῶν οὖσα π', καὶ ἐν τῷ ναῷ τῶν ἁγίων ἀποστόλων θάπτεται πρώτη, πολλὰ τῷ ἰδίῳ υἱῷ περὶ τῆς εἰς Χριστὸν εὐσεβείας παραγγείλασα.

Τῷ κβ' ἔτει Κωνσταντῖνος ὁ εὐσεβέστατος κατὰ Γερμανῶν καὶ Σαυροματῶν καὶ Γότθων στρατεύσας νίκην ἤρατο κραταιὰν διὰ τῆς τοῦ σταυροῦ δυνάμεως, καὶ τούτους εἰς ἐσχάτην ἤγαγε δουλείαν. καὶ Δρεπανᾶν τὸν ἐν Νικομηδείᾳ ἐπικτίσας εἰς τιμὴν D Λουκιανοῦ τοῦ ἐκεῖσε μαρτυρήσαντος Ἑλενούπολιν διὰ τὴν μητέρα ἐκάλεσεν.

Τῷ κγ' καὶ δ' καὶ ε' ἔτει τὸ ἐν Ἀντιοχείᾳ ὀκτάγωνον κυριακὸν ἤρξατο οἰκοδομεῖσθαι. καὶ αὐτὸς τὸν Δάνουβιν περάσας γέφυραν ἐν αὐτῷ λιθίνην πεποίηκε, καὶ τοὺς Σκύθας ὑπέταξε,

de suo ea regi obtulit; mirantique alia quoque terra se attulisse dixit, sed ea sibi a Persis adempta. itaque Constantinus severe Sapori scribit, mitti sibi ea postulans, et accepta non remisit. ideo pax dissiluit. his ex lapidibus opus confecit imperator, misitque populis trans Danubium colentibus munere ei qui ceteris praestaret inscripto. quae inscriptio barbaris exitiosa fuit. ferunt eum primum omnium imperatorum diademate usum margaritisque et gemmis superbius fuisse ornatum. quin et aurea evangeliorum volumina unionibus et pretiosis lapidibus ornata confecit, inque magno templo posuit, digna admiratione. eo tempore etiam sancta atque beata Helena ad dominum commigravit, annos nata 80, ac prima omnium est in templo apostolorum sepulta. ante obitum multa de pietate filio praeceperat.

Anno 22 Constantinus facta in Germanos Sauromatas et Gotthos expeditione crucis vi magnam reportavit victoriam, easque gentes in servitutem egit. Drepanam quoque apud Nicomediam in honorem Luciani, qui ibi capitali supplicio veritati testimonium perhibuerat, condidit, et a matre Helenopolin appellavit.

Annis 23, 24 et 25 Antiocheae templum octangulum aedificari coeptum est. Constantinus Danubio traiecto ponte eum lapideo instravit, Scythas subegit. forum quoque condidit cum binis amplis rostris; eo-

καὶ τὸν φόρον ἔκτισε μετά γε τῶν δύο μεγάλων ἐμβόλων, καὶ ἐν αὐτῷ τῷ φόρῳ κίονα μονόλιθον καὶ ὁλοπόρφυρον ἔστησεν, ἐκ Ῥώμης ἀγαγών, ἐκδήσας αὐτὸν διὰ χαλκῶν ζωνῶν γεγραμμένων. ἱδρύσατο δὲ ἐπάνω αὐτοῦ ἀνδριάντα ἐπ' ὀνόματι αὐτοῦ, ἐν ᾧ
P 296 γέγραπται "Κωνσταντῖνος." ἔλαμψεν ἡλίου δίκην, ὃς ἦν ἔργον μὲν Φειδίου, ἤχθη δὲ ἐξ Ἀθηνῶν. καὶ τὰς ἑπτὰ σπυρίδας καὶ τοὺς ιβ' κοφίνους, ἐν οἷς Χριστὸς ὁ θεὸς ἡμῶν ἐθαυματούργησεν, ὑπὸ τὴν βάσιν τοῦ κίονος ἔθετο. καὶ τὰ λείψανα δὲ τῶν ἁγίων ἀποστόλων Λουκᾶ καὶ Τιμοθέου καὶ Ἀνδρέου διὰ τοῦ ἁγίου μάρτυρος Ἀρτεμίου ἐν τῇ πόλει εἰσήγαγε.

Τῷ κϛ' καὶ κζ' ἔτει αὐτοῦ τὴν κατὰ τῶν εἰδώλων καὶ τῶν ναῶν αὐτῶν κατάλυσιν ἐπέτεινε, τὰς δὲ εἰσόδους αὐτῶν ταῖς ἐκκλησίαις τοῦ θεοῦ ἐκύρωσε. τότε καὶ ἡ ἐν Νικομηδείᾳ βασιλικὴ πυρὶ θείῳ ἐφλέχθη.

Τῷ κη' ἔτει αὐτοῦ ὁ δυσσεβὴς Ἄρειος ἐπικλάστῳ μετανοίᾳ
B καὶ λόγοις ἀπατηλοῖς μετὰ τὴν καθαίρεσιν αὐτοῦ καταγοητεύσας τὰς ἀκοὰς τοῦ γαληνοτάτου βασιλέως, καὶ δύο βιβλία λαβών, τὸ μὲν ἓν τὴν ἑαυτοῦ διεστραμμένην περιέχον δόξαν ταῖς ἰδίαις χερσὶ γράψας ἐν κρυφῇ κατεῖχε, τὸ δὲ ἕτερον δι' ἀλλοτρίας χειρὸς ὁμοφώνως τῇ ἐν Νικαίᾳ ἐκτεθείσῃ πίστει γεγραφώς, καὶ τοῦτο ἐπιδοὺς τῷ βασιλεῖ, καὶ διομνύμενος ἦ μὴν οὕτως πιστεύειν ὥσπερ δὴ καὶ ἔγραψεν, οὕτω συνήρπασε τῇ αὐτοῦ δολιότητι τὸν βασιλέα ὥστε κελεῦσαι τοῦτον ἀνυπερθέτως ὑπὸ Ἀλεξάνδρου τοῦ ἀρχιερέως εἰς κοινωνίαν ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας προσδεχθῆναι. ἀγωνιάσας

que in foro columnam Roma allatam posuit, uno solido lapide constantem, qui totus erat purpureus; atque eam aereis cingulis cinxit inscriptis. in eius autem summo statuam sibi collocavit cum hac inscriptione "Constantinus." splenduit solis instar, opus fuit Phidiae, Athenis adductum. ad basin columnae posuit septem corbes ac duodecim sportas Christi miraculis insignes. ministerio etiam sancti martyris Artemii reliquias sanctorum apostolorum Lucae Timothei et Andreae in urbem attulit.

26 et 27 annis simulacris eorumque fanis evertendis operam dedit, reditus eorum ecclesiis dei transcripsit. tunc et basilica Nicomediae de caelo tacta conflagravit.

Anno 28 impius Arius ficta resipiscentia ac fallacibus sermonibus post suam damnationem aures placidissimi imperatoris demulsit; sumptisque duobus libris, alterum qui perversam ipsius opinionem continens ipsius manu scriptus erat, occulte secum habuit, alterum aliena manu scriptum de sententia Nicaei concilii imperatori tradidit, iuravitque se ita sentire de religione quemadmodum sua manu scripsisset. hac fraude imperatorem ita decepit, ut Arium iusserit sine mora ab Alexandro pontifice summo in ecclesiam recipi. verum Alexander an-

τοίνυν ὡς εἰκὸς ὁ ἀρχιερεύς, καὶ δι' ὅλης τῆς νυκτὸς δεηθεὶς τοῦ θεοῦ, εὐχῆς ἔργον αὐτὸν ἐποιήσατο. τῇ γὰρ ἑξῆς ὁ ἀνόσιος C μετὰ φαντασίας καὶ γαυριάματος εἰς τὴν ἐκκλησίαν προερχόμενος, ἐπειδὴ ἐν τῷ φόρῳ πλησίον τοῦ λεγομένου Σενάτου ἐγένετο, τῆς γαστρὸς νυξάσης αὐτὸν τοῖς ἐκεῖσε ἀφεδρῶσιν ἀποκεχωρηκὸς ἀγγελικῇ κατασπᾶται χειρί, τῆς τε κοιλίας αὐτοῦ καὶ τῶν σπλάγχνων σὺν τῇ ψυχῇ ῥαγέντων καὶ εἰς ἀφεδρῶνας καταβληθέντων.

Τῷ κη' ἔτει λιμὸς μέγας ἐγένετο ἐν τῇ ἀνατολῇ, ὁ δὲ βασιλεὺς σῖτον πολὺν ἀποστείλας τοῦτον ἤμβλυνε. μόνη δὲ ἡ Ἀντιόχεια λς' χιλιάδας σίτου κατ' ἔτος ἐλάμβανε. σεισμοῦ δὲ ἐν Κύπρῳ γενομένου Σαλαμὶν ἡ πόλις κατέπεσε καὶ ἱκανὸν πλῆθος διέ- D φθειρε.

Τῷ κθ' ἔτει Δαλμάτιος Καῖσαρ ἀνηγορεύθη. Καλόκαιρος δὲ ἐν Κύπρῳ τυραννήσας ἐν Ταρσῷ τῆς Κιλικίας ὑπὸ Δαλματίου ζῶν κατακαίεται.

Τῷ λγ' τῆς αὐτοῦ βασιλείας ὁ μέγας Κωνσταντῖνος τελευτᾷ. κινήσας γὰρ κατὰ Περσῶν ἀπὸ Νικομηδείας ἐν τοῖς Πυθίοις αὐτομάτοις θερμοῖς παραγίνεται. καὶ κακωθείς, ἐκεῖθέν τε δι' Ἑλενουπόλεως ἐν τῷ χάρακι ἐλθών, πυρετοῦ λαβροῦ κατασχόντος αὐτὸν ἐτελεύτησεν, μετὰ θ' ἔτος τοῦ οἰκισμοῦ καὶ ἐγκαινισμοῦ Κωνσταντινουπόλεως. καὶ ἀπετέθη ἐν λάρνακι πορφυρᾷ ἤτοι Ῥωμαίῳ, αὐτός τε καὶ ἡ μήτηρ αὐτοῦ Ἑλένη πρὸ δώδεκα ἐτῶν P 297 τῆς αὐτοῦ τελευτῆς ἀποθανοῦσα καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ Φαῦστα, θυγάτηρ Μαξιμιανοῦ τοῦ Ἑρκουλίου, καταλείψας ἐν βασιλείᾳ τρεῖς

xius, ut par erat, animi totam noctem ad dominum precibus fusis Arium pessumdedit. nam Arius cum postridie magno cum fastu et ostentatione ad ecclesiam procederet, cum in foro non procul a curia abesset, ventre stimulante ad latrinam abiit, ibique ab angelo ictus intestina in latrinam egisset atque exanimatus est.

Eodem anno fames magna fuit in Oriente; quam penuriam imperator sublevavit multo frumento immisso. sola Antiochea annuos modios 36000 accepit. terraemotu porro Salamin urbs Cypri deiecta, multique mortales exstincti sunt.

Anno 29 Dalmatius Caesar designatus est. is Tarsi Ciliciae Kalokaerum, qui in Cypro tyrannidem gesserat, vivum combussit.

Anno sui imperii 33 Constantinus magnus moritur. facta in Persas expeditione a Nicomedia ad thermas Pythias pervenerat. inde male affecto corpore per Helenopolin in castra cum venisset, vehementi febre correptus vitam cum morte commutavit, nono post conditam dedicatamque Cpolin anno. sepultus est in arca Porphyretica seu Romana, et mater eius Helena eodem reposita, ac Fausta uxor, filia Maximiani Herculei, quae duodecim annis ante mariti obitum decesse-

υἱούς, Κωνστάντιον καὶ Κωνσταντῖνον καὶ Κώνσταντα, διορισάμενος Κωνστάντιον μὲν ἔχειν τὰ Θρᾴκης καὶ ἑῴας μέρη, Κωνσταντῖνον δὲ τὰ πρὸς Ὠκεανὸν ἑσπέρια, Κώνσταντα δὲ Κρήτην Ἀφρικὴν καὶ τὸ Ἰλλυρικόν. δόξα δὲ κατέσχε τελευτῆσαι μὲν τὸν μέγαν Κωνσταντῖνον φαρμάκῳ δηλητηρίῳ ἐπιβουλῇ τῶν ἀδελφῶν, διὸ καὶ αὐτὸν τοῦτο δι' αὐτογράφου ἐπισκῆψαι τῷ παιδί, ἐκδικῆσαί τε καὶ φυλάξασθαι τοὺς ἀνελόντας αὐτὸν. θείους· λαβόντα δὲ τὴν τοιαύτην γραφὴν Εὐσέβιον τὸν Νικομηδείας ἐπίσκοπον ἀπο- B δοῦναι Κωνσταντίῳ. ἐκ τῆς ἑῴας ἄρτι παραγενομένῳ, ἔνθεν τε γενέσθαι αὐτὸν καὶ ἐπίσκοπον Κωνσταντινουπόλεως. τὸ δὲ τούτους ἀναιρεθῆναι, ἐπεί τοι ἀλόγιστος σαφῶς ἡ ἀθρόα πάντων αὐτῶν ἀναίρεσις τούτῳ ἐδόκει, δέον ἔκρινε μὴ ἄνευ λόγου τοῦτο ποιῆσαι. ἐτελεύτησε δὲ ὁ μέγας Κωνσταντῖνος εὐσεβῶς βασιλεύσας ἔτη λβ' καὶ μῆνας ι', ζήσας τὰ πάντα ἔτη ξε'.

Κωνστάντιος ἐβασίλευσεν ἔτη κδ', Κώνστας ἔτη ιζ'. Κωνσταντῖνος δὲ ταχὺ τετελεύτηκε τρόπῳ τοιῷδε. πρὸς τὸν ἀδελφὸν Κωνστάντιον κοινωσόμενος ἤει περί τινων μετὰ πολλῆς ἰσχύος καὶ C δυνάμεως, ὃ τὸν Κωνστάντιον εἰσῆγεν εἰς ἔκπληξιν μή τι νεωτερίσων ἀφικνῆται εἰς αὐτόν· καὶ πονηρῶν συμβουλῶν ἐπιτυχὼν καὶ πρὸς πόλεμον ἐρεθιζόντων αὐτὸν ἐξῆλθε κατ' αὐτοῦ. καὶ συρραγέντος πολέμου ἐν τοῖς ἐσχάτοις τῶν φευγόντων εὑρεθεὶς ὁ Κωνσταντῖνος ἀναιρεῖται, τρίτος ὢν ἀδελφός, καὶ γίνεται Κωνστάντιος ἐγκρατὴς πάντων τῶν ἑσπερίων. ἦν δὲ Κωνστάντιος

rat. imperium tribus filiis reliquit, Constantio Constantino et Constanti, ita divisum ut Constantius Thraciam et Orientem teneret, Constantinus quae Occidentis sunt ad Oceanum, Constans Cretam Africam et Illyricum. creditum fuit Constantinum a suis fratribus exhibito letali veneno exstinctum fuisse; ideoque eum sua manu scriptis literis mandasse filio ut a patruis sibi caveret eosque ulcisceretur. eas literas Eusebium Nicomediae episcopum accepisse, et Constantio recens ex Oriente reverso tradidisse, indeque etiam Cpolitano episcopatu potitum. visum autem fuit absurdum patruos istos simul universos velle occidere; ideoque decretum est rem caute agendam. diem autem suum pie obiit Constantinus magnus, cum imperasset annos triginta duos, menses decem, vixisset annos sexaginta quinque.

Constantius imperavit annos viginti quattuor, Constans annos septemdecim. Constantinus cito periit, idque hoc pacto. accedebat ad fratrem Constantium, ut cum eo de re quadam communicaret, magnis comitatus copiis. quod suspicionem Constantio movit, ne quid frater novi moliretur. atque hic malis consultoribus usus ad pugnam exhortantibus, contra eum exercitum eduxit in aciem. commissoque praelio Constantinus inter extremos in fuga comprehensus et interfectus est. ita Constantius Occidente toto potitur. statura fuit Constantius pro-

τὴν τοῦ σώματος ἀναδρομὴν εὐμήκης καὶ ἐπίξανθος, χαροπὸς τὴν ὄψιν, εὐμετάβολος τὴν γνώμην, σώφρων τὰ πρὸς ἀφροδίσια, φίλοις συναναστρεφόμενος, ἐγκρατὴς τὰ πρὸς τροφήν, εὐμενὴς πρὸς τὰς αἰτήσεις καὶ κρίσεις τῶν ὑπηκόων· ὀπωρῶν καθάπαξ ἀφέστηκεν. ἐν δὲ ταῖς τῶν ἡγεμόνων φιλοτιμίαις τὸ πρέπον ἀεὶ D διετήρει. οὐδένα δὲ μὴ παιδείας μετέχοντα τῇ γερουσίᾳ κατέλεγεν, ὡς καὶ τὸ εἴρειν λόγον καὶ μέτροις γράφειν ἐπίστασθαι, ἐνὶ μόνῳ νοσήματι τῇ κακοδοξίᾳ ἡττώμενος.

Τῷ β' ἔτει τῆς βασιλείας αὐτοῦ Δαλμάτιος Καῖσαρ ὑπὸ στρατιωτῶν ἀναιρεῖται, οὐ κελεύσαντος Κωνσταντίου, ἀλλ' οὐδὲ κωλύσαντος τὴν σφαγήν. ἔμελλον δὲ συναναιρεῖσθαι Γάλλος καὶ Ἰουλιανὸς οἱ Κωνσταντίου τοῦ ἀδελφοῦ τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου παῖδες. ἀλλὰ τὸν μὲν Γάλλον νόσος, τὸν δὲ Ἰουλιανὸν ἡ νηπιότης διέσωσεν· ὀκταετὴς γὰρ ἦν. Κωνστάντιος δὲ πρότερον δεχόμενος τὸ ὁμοούσιον ὕστερον μετέθετο κουφότητι γνώμης καὶ ἀπάτῃ τοῦ Ἀρειανοῦ πρεσβυτέρου καὶ Εὐσεβίου τοῦ τῶν εὐνούχων P 298 πρωτεύοντος καὶ Εὐσεβίου Νικομηδείας.

Τῷ γ' ἔτει Κωνσταντῖνος ἐπελθὼν τοῖς Κώνσταντος τοῦ ἰδίου ἀδελφοῦ μέρεσιν καὶ συμβαλὼν πόλεμον ἀνῃρέθη ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν, ὡς προλέλεκται. Κωνστάντιος δὲ τῆς ἑῴας βασιλεύων Γάλλον καὶ Ἰουλιανὸν παιδευθῆναι παρέδωκεν ἐν χώρᾳ καλουμένῃ δὴ Μακελλίῳ, πλησίον Καισαρείας Καππαδοκίας. οὗτοι οἱ δύο ἀδελφοὶ ἀναγνῶσται γεγόνασι, καὶ ἐκκλησίαν κτίσαι τῷ ἁγίῳ μάρτυρι Μάμαντι προεθυμήθησαν. ἐν ᾧ δὲ μέρει κτίζειν

cera, flavus, adspectu truci, animo inconstanti, rei Venereae abstinens, comis erga amicos, in cibo continentiam adhibens, subditorum petitionibus et causis benignus: fructibus prorsus abstinebat, in contentionibus ducum semper decorum servabat, neminem ineruditum in senatum recipiebat, ipse et prosam orationem scribere et versus pangere didicerat. unum ei vitium adfuit, pravae de religione opiniones.

Anno Constantii imperii secundo Dalmatius Caesar a militibus necatur, neque iubente id Constantio neque vetante. erant etiam una interfecturi Gallum et Iulianum filios Constantii eius qui Constantino magno frater fuit: sed Gallum morbus neci subtraxit, Iulianum aetas, octo tantum annos natum. Constantius autem cum ante sententiam de filio consubstantiali esset amplexus, post ab ea descivit, levitate ingenii ac fraude Ariani presbyteri et Eusebii eunuchorum principis et Eusebii Nicomediensis episcopi.

Tertio anno Constantinus cum in dicionem fratris Constantis advenisset, commissa pugna a militibus est interfectus, ut diximus. Constantius Orientis imperator Gallum et Iulianum erudiendos tradidit in loco qui Macelium appellatur et non procul abest a Caesarea Cappadociae. hi duo fratres lectores (Anagnostas vocant) fuerunt, intenderuntque templum sancto martyri Mamanti condere. quae autem pars

Ἰουλιανὸς ἔλαχε, τοῦτο ἡ γῆ οὐκ ἐδέχετο. ἀποκειράμενος δὲ τὰς
B τρίχας μοναχικὴν ἄσκησιν ὑπεκρίνατο. Κωνστάντιος δὲ καὶ Κώνστας ἐνομοθέτησαν Ἰουδαῖον μὴ ὠνεῖσθαι δοῦλον, ἐπεὶ ἀφαιρεῖσθαι αὐτὸν εἰς τὸν δημόσιον λόγον· εἰ δὲ καὶ περιτεμεῖν τολμήσει δοῦλον, ξίφει τιμωρεῖσθαι καὶ τὴν τούτου δημεύεσθαι οὐσίαν.

Τῷ δ' καὶ ε' ἔτει Ἀντιόχεια ὑπὸ σεισμοῦ μεγάλου ἐπὶ τρισὶν ἡμέραις ἐκινδύνευε.

Τῷ ϛ' ἔτει Κωνστάντιος Ἀσσυρίους νικήσας ἐθριάμβευσε, Σαπώρης δὲ ὁ τῶν Περσῶν βασιλεὺς τοὺς Χριστιανοὺς ἐδίωκε, Κώνστας δὲ ἐν τῇ δύσει Φράγγους ἐπόρθησε. τούτῳ τῷ ἔτει Δίδυμός τις ἐλλόγιμος ἀνὴρ ἀπὸ ὀμμάτων ἐγνωρίζετο. τούτῳ ἐντυ-
C χὼν ὁ μέγας Ἀντώνιος ἐν Ἀλεξανδρείᾳ εἶπε πρὸς αὐτόν "μηδὲν ταραττέτω σε ἡ ἀποβολὴ τῶν ὀμμάτων· τοιοῦτοι γάρ σε λείπουσιν ὀφθαλμοὶ οὓς καὶ μυῖαι καὶ κώνωπες βλάψαι ἰσχύουσι. χαῖρε δὲ ὅτι ἔχεις ὀφθαλμοὺς οἷς καὶ ἄγγελοι βλέπουσι."

Τῷ ζ' ἔτει σεισμοῦ μεγάλου γενομένου Νεοκαισάρεια ποντισθεῖσα κατεπτώθη πλὴν τῆς ἐπισκοπῆς καὶ τῆς ἐκκλησίας. τότε καὶ Παῦλος ὁ ὁμολογητὴς χειροτονεῖται ἐπίσκοπος Κωνσταντινουπόλεως.

Τῷ η' ἔτει σεισμοῦ μεγάλου γενομένου Ῥόδος ἡ νῆσος κατέπεσε.

Τῷ θ' ἔτει Δυρράχιον πόλις τῆς Δαλματίας ὑπὸ σεισμοῦ διεφθάρη, καὶ Ῥώμη ἐν τρισὶν ἐκινδύνευσεν ἡμέραις σειομένη,

Iuliano aedificanda obtigerat, ibi solum materiam non recepit. Iulianus tonso capillo monasticam vitam se degere velle simulavit. Constantius et Constans legem tulerunt ne quis Iudaeus servum emeret: emptum publicari iusserunt. si quis circumcidere servum ausus esset, gladio feriri et bona eius publicari.

Annis quattuor et quinque Antiochea triduum magno terrae motu periclitata est.

Sexto anno Constantius de victis Assyriis triumphavit. Sapores Persarum rex Christianos est persecutus. Constans in Occidente Francos oppugnavit. eo anno Didymus quidam, vir praeclarus, oculis captus innotuit. ad hunc magnus ille Antonius Alexandriae accedens "non est" ait "cur ob iacturam oculorum perturberis: tales enim amisisti oculos, quos etiam muscae ac culices damno afficere possunt. gaude potius quod oculos habes qualibus angeli vident."

Septimo anno ingenti terrae motu Neocaesarea mari absorpta est, tantum episcopi sede et ecclesia superstitibus. tunc etiam Paulus confessor episcopus Cpolitanus deligitur.

Octavo anno magno terrae motu Rhodus insula prostrata est.

Nono anno Dyrrachium Dalmatiae urbs terrae motu periit. ac Roma etiam per triduum periculose tremuit, duodecim Campaniae urbes perie-

τῆς δὲ Καμπανίας ιβ' πόλεις διεφθάρησαν. ἐλθὼν δὲ Κωνστάν- D τιος εἰς τὸ Βυζάντιον Παῦλον τὸν ἐπίσκοπον τοῦ θρόνου ἀπήλασε, καὶ τὸν ἀσεβέστατον Εὐσέβιον τὸν Νικομηδείας εἰσήγαγε ληστρικῶς καὶ ἀθέσμως, τὸ τῶν κακῶν καταγώγιον. καὶ συντελεσθεῖσαν τὴν τοῦ θεοῦ μεγάλου ἐκκλησίαν ὑπὸ Κωνσταντίου κατὰ τὴν ἐνδιάθηκον ἐντολὴν τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου Εὐσέβιος ἐγκαινίζει, καὶ τὰ λείψανα ἀπὸ Ἀντιοχείας κομίζει καὶ ἐν αὐτῷ κατατίθησι τοῦ ἁγίου μάρτυρος Παμφίλου καὶ τῶν σὺν αὐτῷ, Θεοδούλου Πορφυρίου καὶ Παύλου. Ἀλεξανδρεῖς δὲ Γρηγόριον ληστρικῶς ἐπιβάντα τοῦ θρόνου Ἀλεξανδρείας καὶ τὸν μέγαν Ἀθα- P 299 νάσιον ἀποδιώξαντα ἐπὶ ἓξ ἔτεσιν ἀνεῖλον. καὶ χειροτονεῖται ὑπὸ Ἀρειανῶν Γεώργιος Ἀρειανός, τέρας τι Καππαδόκειον.

Τῷ ι' ἔτει Κωνστάντιος τὸν ἐν Σελευκείᾳ τῆς Συρίας λιμένα πεποίηκεν, ὄρος ἐπὶ πολὺ διατεμών, καὶ τὴν πόλιν ἀνῳκοδόμησε. καὶ τὴν Ἀντάραδον ἐν Φοινίκῃ ἔκτισεν, ἣν Κωνσταντείαν ὠνόμασε. τῷ δ' αὐτῷ ἔτει ἔκλειψις ἐγένετο ἡλίου, μηνὶ Δαισίῳ ς', ἡμέρας ὥρᾳ τρίτῃ. καὶ οἱ ἀπελαθέντες ὀρθόδοξοι ἐπίσκοποι ἅμα Ἀθανασίῳ τὴν Ῥώμην καταλαμβάνουσιν.

Τῷ δὲ ια' ἔτει γράμμασιν Ἰουλίου τοῦ πάπα Ῥώμης θαρρήσαντες τοὺς ἰδίους θρόνους κατέλαβον. Κωνστάντιος δὲ ἐν Ἀν- B τιοχείᾳ διάγων τούτους ἀπήλασεν ὑποβολῇ τῶν Ἀρειανῶν.

Τῷ ιβ' ἔτει σεισμὸς μέγας ἐγένετο ἐν Βηρυτῷ τῆς Φοινίκης, ὡς τὸ πλεῖον τῆς πόλεως πεσεῖν.

runt. Constantius ut Byzantium venit, episcopatum Pauli ademit, impiissimumque Eusebium (minime suo nomini respondentem) introduxit, latrocinio iniusto malis asylum aperiens. idem Eusebius magni dei templum a Constantio absolutum, sicuti Constantinus testamento mandaverat, dedicavit; atque Antiochea allatas sanctorum Pamphili martyris et sociorum Theoduli Porphyrii ac Pauli reliquias in eo deposuit. Alexandrini autem Gregorium, qui episcopatum latrocinio occupaverat, magnumque Athanasium per sexennium inde arcuerat, interfecerunt. in eius locum subrogatur ab Arianis Georgius eorum sectae, monstrum Cappadox.

Decimo anno Constantius portum Seleuceae Syriae construxit, montis magna parte excisa, urbemque refecit. condidit etiam Antaradum in Phoenicia, et Constantiam nominavit. eodem anno defectus solis fuit, sexta mensis Daesii die, hora diei tertia. et episcopi veram religionem tuentes, qui in exsilium acti erant, cum Athanasio Romam pervenerunt.

Undecimo anno iidem literis Iulii papae Romani freti sua solia recuperaverunt. Constantius autem Antiocheae degens instinctu Arianorum eos abegit.

Duodecimo anno terrae motus maiorem Beryti (urbs est Phoeniciae) partem evertit.

Τῷ ιγ' ἔτει Σαπώρης Πέρσης τὴν Νίσιβιν πόλιν ποικίλως παρακαθεσθείς, τόν τε ποταμὸν κατὰ τῆς πόλεως κινήσας καὶ παντοίας μηχανὰς ποιήσας ἡττήθη, καὶ φεύγων εἰς τὴν οἰκείαν ὑπεχώρησε, τὸ πλεῖστον τοῦ λαοῦ αὐτοῦ ἀπολέσας.

Τῷ ιδ' ἔτει Κωνστάντιος τὸν ἀνεψιὸν Γάλλον Καίσαρα ἀναγορεύσας καὶ Κωνστάντιον μετονομάσας ἐν τῇ ἀνατολῇ ἀπέστειλεν.

Τῷ ιε' ἔτει οἱ ἐν τῇ ἀνατολῇ τῆς Παλαιστίνης Ἰουδαῖοι
C ἀντῆραν, καὶ πολλοὺς τῶν Ἑλλήνων ἐθνῶν τε καὶ Σαμαρειτῶν ἀνεῖλον. ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ παγγενεὶ ὑπὸ Ῥωμαίων ἀνῃρέθησαν, καὶ ἡ πόλις αὐτῶν Διοκαισάρεια ἠφανίσθη. τῷ αὐτῷ ἔτει ὁ μέγας Ἀθανάσιος ὑπὸ Κωνσταντίου κατὰ τὴν Βρεττανίαν ἐξορίζεται, καὶ Φῆλιξ ἀντ' αὐτοῦ χειροτονεῖται. ἐν Μεδιολάνοις δὲ σύνοδος τῶν πατέρων συναθροισθεῖσα πάλιν ἄπρακτος διαλύεται.

Τῷ ιη' ἔτει Γάλλος τυραννίδα μελετήσας κτείνει Δομετιανὸν ἔπαρχον τῆς ἑῴας καὶ Μάγνον κοιαίστωρα, τὰ τῆς ἐπιβουλῆς Κωνσταντίῳ μηνύσαντα· ὃν μεταπεμψάμενος Κωνστάντιος περὶ Θαλαμῶνα τὴν νῆσον ἀναιρεῖ. τὸν δὲ τούτου ἀδελφὸν Ἰουλιανὸν ἐν φρουρᾷ κατέσχεν. Εὐσεβία δὲ ἡ γαμετὴ τοῦ βασιλέως τοῦτον
D ἐξαιτησαμένη ἐν Ἀθήναις πέμπει. τὴν Ἑλλάδα δὲ περιερχόμενος ἐφέσει τῆς βασιλείας μάντεις ἐπεζήτει καὶ χρησμολόγους, εἰ τεύξεται τοῦ ποθουμένου. καὶ δὴ περιτυγχάνει ἀνθρώπῳ δυσσεβεῖ ταῦτα προλέγειν ὑπισχνουμένῳ, ὃς τοῦτον εἴς τινα τῶν εἰδωλικῶν

Anno 13 Sapores Persa Nisibin urbem omnis generis oppugnatione tentavit; amnem quoque adversus urbem concitavit, atque omnigenis machinis oppugnavit. victus tamen maxima copiarum parte amissa domum recessit.

Anno 14 Constantius Gallum consobrinum suum Caesarem designavit, nomine Constantii indito, et in Orientem misit.

Anno 15 Iudaei in Palaestina rebellaverunt, multosque Graecos Samaritas et alienigenas trucidaverunt. mox ipsi a Romanis occidione occisi sunt, urbsque eorum Diocaesarea deleta. eodem anno magnus Athanasius a Constantio in Britanniam deportatur, eique Felix substituitur. Mediolani quoque concilium patrum congregatum re infecta solutum est.

Anno 18 Gallus tyrannidem affectans Domitianum Orientis praefectum necat et Magnum quaestorem, qui insidias Constantio indicaverat. Constantius Gallum evocatum apud insulam Thalamonem interficit, Iulianum fratrem eius in custodia detinet. quem Eusebia imperatoris uxor precibus liberatum Athenas mittit. Iulianus permissu Constantii Graeciam peragrans ariolos consulebat et fatidicos, an consecuturus foret id quod in animo habebat. incidit autem in quendam hominem impium, qui se talia praedicere profitebatur. is eum in specum quandam

καταδύσεων καταγαγὼν τοὺς ἀπατεῶνας ἐκάλεσε δαίμονας. ἐκεί-
νων δὲ μετὰ τῆς συνήθους φαντασίας ἐπιφανέντων, ἠνάγκασε
τοῦτον ὁ φόβος ἐπιθεῖναι τῷ μετώπῳ τοῦ σταυροῦ τὸ σημεῖον·
ὅπερ ἰδόντες ἀφανεῖς αὐτίκα γεγόνασι. συνεὶς οὖν ὁ γόης ἐκεῖνος
τῆς φυγῆς τὴν αἰτίαν ἐπεμέμψατο τούτῳ λέγων "οὐ φοβηθέντες, P 300
ὡς σὺ νομίζεις, ἀλλὰ βδελυξάμενοι τὸ παρά σου γενόμενον ἐχώ-
ρησαν." οὕτω βουκολήσας τὸν αἰχμάλωτον ἐμύησέ τε καὶ τοῦ
μύσους ἐνέπλησεν· αἵμασι γὰρ μυσαροῖς ἀπολουσάμενον τὸ θεῖον
βάπτισμα, ἡ τῆς βασιλείας ἐπιθυμία τῆς εὐσεβείας ἐγύμνωσε τὸν
τρισάθλιον.

Μετὰ μικρὸν δὲ τῆς βασιλείας κρατήσας ὁ ἀσεβέστατος
Ἰουλιανὸς προφανῶς λοιπὸν καὶ ἀναιδῶς κατὰ τῆς εὐσεβείας
ὡπλίζετο. καὶ πρῶτον μὲν τὰς ἐν τῇ πόλει καὶ τὰς ἔξωθεν πηγὰς
ταῖς μυσαραῖς θυσίαις ἐμόλυνεν, ὅπως ἕκαστος μεταλαμβάνων
τοῦ νάματος μεταλαγχάνῃ καὶ τοῦ μύσους. ἔπειτα δὲ καὶ τὰ κατὰ
τὴν ἀγορὰν προκείμενα τοῦ μιάσματος ἐνεπίμπλη· περιερραίνοντο B
γὰρ καὶ ἄρτοι καὶ κρέα καὶ ὀπῶραι καὶ λάχανα καὶ τἆλλα ὅσα
ἐδώδιμα. ταῦτα οὖν ὁρῶντες οἱ Χριστιανοὶ ἔστενον μὲν καὶ ὠλό-
λυζον ἐπὶ τοῖς γινομένοις, μετελάμβανον δὲ ὅμως, ἀποστολικῷ
νόμῳ πειθόμενοι τῷ φάσκοντι "πᾶν τὸ ἐν μακέλλῳ πωλούμενον
ἐσθίετε, μηδὲν ἀνακρίνοντες διὰ τὴν συνείδησιν." οὗτος ὁ παμ-
μίαρος Ἰουλιανὸς τοὺς Ἰουδαίους κατὰ Χριστιανῶν ἐξοπλίζων
ἤρετο τούτους, διὰ τί θύειν τοῦ νόμου κελεύοντος οὐ θύετε; τῶν
δὲ τὸν ἐν Ἱεροσολύμοις ναὸν καὶ τὴν ἐκεῖσε περιγεγραμμένην λα-

superstitioni dedicatam impie abducit, impostoresque daemones advocat; qui cum solita apparerent pompa, Iulianus metu compulsus frontem crucis signo affecit; quo viso daemones illico ex conspectu abierunt. sed impostor fugae cognita causa Iulianum reprehendit, non fugisse, ut ipse putaret, sed abominatos crucem abiisse eos dicens. itaque Iulianum captivum decipiens initiavit impiis sacris eaque impietate implevit. adeo autem miserrimum hominem cupiditas imperii pietate nudavit, ut divinum baptismum cruoribus abominandis eluerit.

Haud post imperium adeptus Iulianus impiissimus aperte iam inde atque impudenter pietati bellum fecit. principio fontes, qui et intus et extra urbem erant, infandis sacrificiis polluit, ut quicunque aquae fieret particeps, etiam flagitii eius consors fieri cogeretur. deinde, quae in foro venum exponebantur, impietate ea implevit, cum et panes et carnes et fructus et olera et omnia quae esui sunt, conspergerentur. haec videntes Christiani gemebant sane et deplorabant: tamen iis vescebantur, apostolicam tenentes legem, quae iubet edere quidquid in macello venditur, neque conscientiae causa discrimen statuere. flagitiosissimus iste Iulianus Iudaeos quoque in Christianos armans, interrogavit cur non sacrificarent, cum lex eis id iuberet. cum responderent sua sacrificia Hierosolymae templo circumscripta esse, Iulianus confestim man-

C τρείαν προβαλλομένων, αὐτίκα προσέταξεν ὁ θεομάχος ἀνεγεῖραι τὸν κατ' ὀργὴν καὶ γνώμην θεοῦ καταλυθέντα ναόν. καὶ τοῦτο μετὰ πολλῆς χαρᾶς ἀκούσαντες ἅπασι τὰ προστεταγμένα τοῖς κατὰ τὴν οἰκουμένην ὁμοφύλοις ἐδήλωσαν. καὶ οἱ μὲν πανταχόθεν συνέτρεχον, χρήματα καὶ προθυμίαν εἰς τὴν οἰκοδομὴν τοῦ ναοῦ συνεισφέροντες· ὁ δὲ συναπέστειλεν αὐτοῖς καὶ ἄρχοντας καὶ πολλὴν ὑπηρεσίαν καὶ συνδρομήν· σκαπάνας γὰρ καὶ ἅμας ἀργυρᾶς ἔπεμψε τοῖς ἀντιθέοις Ἰουδαίοις. καὶ ἐπεὶ ὀρύττειν ἤρξαντο, ἐξαπίνης ἄνεμοι βίαιοι πνεύσαντες ἀθρόως ἅπαντα διεσκόρπισαν. καὶ τὰ λοιπὰ πεπόνθασι δεινὰ ἃ ἐν τῷ τρίτῳ ἔτει τῆς βασιλείας
D αὐτοῦ ἀναγράψομαι.

Εἰσελθὼν δὲ ὁ κατάρατος ἐν Περσίδι πέμπει δαίμονα πρὸς τὴν δύσιν τοῦ ἐνεγκεῖν αὐτῷ ἐκεῖθεν ἀπόκρισιν διὰ τάχους. ἐκωλύθη δὲ τῆς πρόσω πορείας ὑπό τινος μονάζοντος ἐπὶ ἡμέρας δέκα. καὶ μὴ δυνάμενος ὁ δαίμων προβῆναι πάλιν πρὸς τὸν Ἰουλιανὸν ὑπέστρεψεν. ὁ δὲ τὴν αἰτίαν τῆς βραδύτητος ἠρώτησεν· ἀπεκρίθη δὲ αὐτῷ ὁ δαίμων "καὶ ἐβράδυνα καὶ ἄπρακτος ἔμεινα. ἐκδεχόμενος γὰρ Πούπλιόν τινα μονάζοντα, εἴ πως παύσεται τῆς προσευχῆς, καὶ μὴ παυσάμενος ἡμέρας δέκα ἐκώλυσέ με ποιῆσαι τὸ θέλημά σου." καὶ τοῦτο ἀκούσας Ἰουλιανὸς καὶ σφόδρα ἀγανακτήσας προσηπείλησε μετὰ τὴν ὑποστροφὴν ἐξολοθρεῦσαι τὸ
P 301 τῶν μοναχῶν γένος. ὅπερ μαθών τις τῶν μεγιστάνων αὐτοῦ καὶ θαυμάσας, ἐπανελθὼν διένειμε τὰ ὑπάρχοντα αὐτοῦ πάντα πένησι καὶ ἀπῆλθε πρὸς τὸν γέροντα. καὶ γενόμενος δόκιμος μο-

davit ut id templum, quod ira ac decreto dei erat deiectum, instaurent. quod mandatum Iudaei magno cum gaudio audientes gentilibus suis per totum orbem significaverunt. ita undique magnus Iudaeorum eo concursus, alacriter pecuniam et operam ad instaurationem templi conferentium. sed et Iulianus eis praefectos famulos magnamque turbam hominum misit, nec non argenteos ligones et urnas. postquam fodere coeperunt impii Iudaei, subito vehementes venti incubuerunt, qui eos dissiparunt; ac quae porro iis mala evenerint, ad tertium Iuliani imperii annum progressi dicemus.

Ceterum Iulianus in Persidem ingressus daemonem in Occidentem misit, qui ei inde celeriter responsum perferret. eum daemonem quidam monachus progressu per decem dies prohibuit, ita ut daemon progredi non valens ad Iulianum redierit. Iuliano causam morae sciscitanti "non modo" inquit daemon "tarde, sed etiam re infecta redii. exspectabam enim dum Publius quidam monachus precandi finem faceret. qui, cum decem dies continenter precaretur, non potui iussum tuum exsequi." hoc audito Iulianus gravi indignatione concitus, minatus est se a reditu gentem monachorum deleturum. hoc cum quidam procerum eius inaudivisset, admiratione summa ductus post reditum suum omnia sua pauperibus distribuit, atque ad senem istum profectus praeclarus monachus

ναχὸς πᾶσιν ἔλεγε τὴν ἰσχὺν τῶν μοναζόντων, ἣν ἔλαβον κατὰ τῶν σκοτεινομόρφων δαιμόνων.

Ἐν δὲ Κάραις, τῇ παρὰ τοῦ Κάρου τοῦ βασιλέως κτισθείσῃ πόλει, τὴν πρὸς Πέρσας ποιούμενος πορείαν, εἰσελθὼν καὶ ἔν τινι καταδύσει θυσίας ἀκαθάρτους ἐπιτελέσας, κλεῖθρα καὶ σήμαντρα ταῖς θύραις ἐπέθηκε καὶ φύλακας ἐπέστησεν· ἥνπερ ἀνοίξαντες μετὰ τὴν ἐκείνου πτῶσιν, εὗρον γύναιον ἐκ τῶν τριχῶν κρεμάμενον καὶ ἐκτεταμένας ἔχον τὰς χεῖρας, ἧς ἀνασχίσας ὁ ἄσπλαγχνος B *τὴν γαστέρα τὴν κατὰ Περσῶν δήπουθεν ἔγνω διὰ τοῦ ἥπατος νίκην. ἐν δὲ Ἀντιοχείᾳ πολλὰ μὲν κιβώτια ἐν τοῖς βασιλείοις κεφαλῶν ἀνθρώπων πεπληρωμένα, πολλὰ δὲ φρέατα νεκρῶν σωμάτων εὗρον πεπλησμένα· καὶ γὰρ μυρίας μὲν γυναῖκας ἐν γαστρὶ ἐχούσας ἀνατεμὼν καὶ ἐν τοῖς ἐμβρύοις ἡπατοσκοπούμενος, καὶ πολλὰ παιδία κατασφάξας, ὑπὸ τὰ εἴδωλα κατώρυξεν ὁ φιλείδωλος Ἰουλιανός. πολλὴν δὲ καὶ ἄλλην λογικὴν ἀγέλην ἐκ ποικίλων ἡλικιῶν διαφόροις ὑπέβαλε θανάτοις ἐπ' ὀνόματι Ποσειδῶνος καὶ τῶν λοιπῶν δαιμόνων ὁ δαιμονιώδης καὶ θεομίσητος. οὐ μὴν δὲ* C *ἀλλὰ καὶ ἵππους λευκούς τε καὶ πυρροὺς ἔθυε, τοὺς μὲν τῷ ἡλίῳ τοὺς δὲ τῷ πυρὶ καὶ τοῖς ἀνέμοις. καὶ πρὸς τούτοις κύνας καὶ πιθήκους καὶ κόρακας καὶ πᾶν σχεδὸν ἑρπετῶν εἶδος καὶ τετραπόδων θηρίων τε καὶ τῶν ἄλλων πτηνῶν καὶ νηκτῶν οὐ διέλειπε κατασφάττων καὶ τελετὰς παντοίας ἐπινοῶν πλείους καὶ χείρους τῶν παρ' Ἕλλησι νενομισμένων, πρὸς τὸ πάντως τοὺς πρὸ αὐτοῦ ἑλληνίσαντας ὑπερακοντίσαι, διὰ τῶν τοιούτων οἰόμενος ὁ ἄθεος*

evasit, omnibus praedicans monachorum vim ac potestatem qua adversus tenebriones daemonas sunt praediti.

Porro Iulianus Carris, quae urbs est a Caro imperatore condita, iter in Persas faciens speluncam quandam subiit, ibique scelestis sacris operatus fores seris occlusit ac consignavit, apposita custodia. quibus foribus eo interfecto apertis, inventa est muliercula capillis suspensa, extentis manibus; cuius crudelis ille ventre dissecto victoriam scilicet de Persis suam ex iocinore didicerat. Antiocheae autem in regia multae arculae inventae sunt humanis capitibus plenae multique putei cadaveribus oppleti. nam et innumeras gravidas mulieres Iulianus dissecuerat, ut foetuum iocinora contemplaretur, et multos infantes iugulatos ad bases simulacrorum defoderat, quibus impense erat deditus. magnum quoque alium gregem ratione praeditorum animantium, diversarum aetatum, variis mortis generibus sustulit, Neptuno eos et aliis daemonibus, quorum se homo deo invisus cultui addixerat, immolans. quin et albis equis soli, rufis igni ac ventis sacrificavit. nec non assidue canes simias corvos atque omne propemodum genus quadrupedum avium natantiumque mactabat, omnisque modi sacra excogitabat, plura et deteriora iis quae apud Graecos recepta sunt. ea enim re omnibus qui ante ipsum Graecam religionem sectati fuissent, palmam praeripere studebat,

ἀποθεωθῆναι καὶ θεὸς νομισθῆναι. ἀλλὰ τὰ περὶ τούτου ἐν τῇ τάξει τῆς αὐτοῦ θεοστυγοῦς βασιλείας ὡς οἷόν τε διὰ βραχέων λέξομεν. ὁ δὲ λόγος πρὸς τὰ ἑξῆς βαδιζέτω.

D *Τοῦ Κωνσταντίου τῷ ιθ' ἔτει, ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς πεντηκοστῆς, ἐν Ἱεροσολύμοις ἐφάνη τὸ σημεῖον τοῦ ζῳοποιοῦ σταυροῦ ἐν οὐρανῷ, φωτοειδές, τεταμένον ἀπὸ τοῦ Γολγοθᾶ, ἔνθα ἐσταυρώθη ὁ Χριστός, ἕως τοῦ ὄρους τῶν ἐλαιῶν, ὅθεν καὶ ἀνελήφθη, κύκλῳ δὲ τούτου στέφανος, ὡς ἶρις τὸ εἶδος ἔχων. τῇ αὐτῇ δὲ ἡμέρᾳ καὶ Κωνσταντίῳ ὤφθη, Κυρίλλου τότε Ἱεροσολύμων ἐπισκοποῦντος.*

Τῷ κα' ἔτει τῆς βασιλείας Κωνσταντίου, τελευτήσαντος Εὐσεβίου τοῦ δυσσεβοῦς Κωνσταντινουπόλεως, κατῆλθον εἰς Ῥώμην πάλιν πρὸς Ἰούλιον τὸν πάπαν καὶ Κώνσταντα τὸν τοῦ βασι-
P 302 *λέως Κωνσταντίου ἀδελφὸν Ἀθανάσιος καὶ Παῦλος. οἱ ὀρθόδοξοι τοίνυν Κωνσταντινουπόλεως Παῦλον προβαλόμενοι, ἐπεὶ οἱ Ἀρειανοὶ Μακεδόνιον ἀντεχειροτόνησαν, συμβάλλουσιν ἀλλήλοις, καὶ πολλοὶ ἀμφοτέρωθεν πίπτουσιν. Ἑρμογένης δὲ ὁ στρατηλάτης παρὰ Κωνσταντίου πεμφθεὶς εἰς τὸ ἐξελάσαι Παῦλον παρὰ τῶν ὀρθοδόξων κτείνεται καὶ εἰς τὴν θάλασσαν ῥίπτεται. τοῦτο ὁ Κωνστάντιος μαθὼν καταλαμβάνει τὴν Κωνσταντινούπολιν, καὶ τὸν μὲν Παῦλον ἐξορίζει, οὐ μὴν δὲ ἐνθρονιάζει Μακεδόνιον. ὕστερον δὲ παρὰ Ἰουλίου Ῥώμης μετὰ γραμμάτων ὁ Παῦλος ἀνελθὼν ἐν Θεσσαλονίκῃ ἐξορίζεται, ὁ δὲ Μακεδόνιος τῇ ἐκκλη-*

propterea se in deorum numerum relatum iri homo a deo alienus sperans. verum eius res nos ordine annorum, quibus imperavit, quam brevissime deinceps referemus: nunc reliqua attexamus prioribus.

Annum Constantio imperante 19, die Pentecostae, in caelo signum vivificae crucis apparuit, lucidum atque extentum a Golgotha, quo loco Christus in crucem sublatus fuit, usque ad montem Olearum, unde idem Christus in caelum subiit. cingebatur per orbem circulo arcus caelestis simili. eadem die etiam Constantio apparuit, Cyrillo Hierosolymae tum episcopo.

Anno 21, mortuo impio Eusebio Cpolitano episcopo, Romam denuo ad Iulium papam et Constantem imperatorem, Constantii fratrem, redierunt Athanasius et Paulus. cum autem Cpoli Christiani Paulum episcopum designare vellent, Ariani contra Macedonium deligerent, conseruere manus factiones multique utrinque ceciderunt. Hermogenes quoque ductor exercitus, a Constantio ad exturbandum Paulum missus, a Christianis necatus inque mare abiectus fuit. qua re cognita Constantius Cpolim occupat, Paulum in exsilium agit: non tamen Macedonium episcopatui praefecit. post Roma Paulus veniens cum literis Iulii papae Thessalonicae in exsilio esse in-

σίᾳ λῃστρικῶς ἐπιβαίνει, ἐφ' ᾧ καὶ ἀναιροῦνται ἄνδρες τρισχί- B λιοι ἑκατὸν πεντήκοντα. καὶ οὕτω τῆς ἐκκλησίας Ἀρειανοὶ κρατοῦσι, καὶ Ἀθανάσιος δὲ καὶ Παῦλος τὴν Ῥώμην πάλιν καταλαμβάνουσιν. οἳ καὶ προσελθόντες τῷ Κώνσταντι πάντα διηγήσαντο. ὁ δὲ ἐπὶ τούτοις ἀγανακτήσας γράφει τῷ ἰδίῳ ἀδελφῷ λυπούμενος ἀποδοῦναι Παύλῳ καὶ Ἀθανασίῳ τοὺς ἰδίους θρόνους. Μαγνεντίου δὲ ἐν Γαλλίαις τυραννήσαντος καὶ Κώνσταντα τὸν εὐσεβῆ ἀνελόντος, ἐπεὶ Κωνστάντιος ἐν Ἀντιοχείᾳ ὢν τοῦτο ἔμαθε, παρευθὺ τῆς πόλεως τὸν Παῦλον ἐξορίζει ἐν Κουκουσῷ. κἀκεῖ ὑπὸ τῶν Ἀρειανῶν τῷ ἰδίῳ ὠμοφόρῳ ἀποπνίγεται, καὶ Μακεδόνιος πάλιν τοῦ θρόνου ἐπιλαμβάνεται, ὁ δὲ Ἀθανάσιος πάλιν C φυγῇ τὴν σωτηρίαν πραγματεύεται. Ἰουλιανὸν δὲ τὸν ἀδελφὸν Γάλλου ἐκ τῆς φυλακῆς ἐξαγαγὼν Καίσαρα προβάλλεται καὶ εἰς Γαλλίας ἐκπέμπει, ζεύξας αὐτῷ πρὸς γάμον τὴν ἰδίαν ἀδελφὴν Ἑλένην τὴν καὶ Κωνσταντίαν. γαμετὴ δὲ Κωνσταντίου ἦν Εὐσεβία ἡ περιώνυμος, ἧς τὸ κάλλος εἰς πᾶσαν ἐξῆλθε τὴν γῆν· ἀλλ' ὁ ταύτης ἀνὴρ μαλθακώτερος ὑπάρχων τοῦ πρέποντος, ἔτι δὲ καὶ νοσηλευόμενος, οὐκ ἠδύνατο θεραπεῦσαι τὴν ἄνθρωπον, ἣ τῷ τῆς νεότητος ἄνθει καὶ τῷ κάλλει τῆς φύσεως ὑπερζέουσα τῷ τῆς μητρομανίας περιέπεσε πάθει, φθίνουσα δὲ κατὰ μικρὸν ἐτελεύτησε, καὶ οὔτε τοῦ κάλλους οὔτε τῆς ἡλικίας οὔτε τῆς βασι- D λείας ἀπώνατο·

τὰ μὲν γὰρ ἄλλα δεύτερ' ἂν πάσχοι γυνή,
ἀνδρὸς δ' ἁμαρτάνουσ' ἁμαρτάνει βίου.

betur. Macedonius autem praedonis in morem invadit ecclesiam, caesis viris 3150. atque ita Ariani ecclesiam occupant. Athanasius autem et Paulus Romam rursus se conferunt ad Constantem, eique omnem rem narrant. Constans indigne rem ferens fratrem per literas iubet Paulo et Athanasio sua solia reddi. sed cum Magnentius in Gallia occupata tyrannide Constantem pium interfecisset, Constantius id Antiocheae resciens statim urbe Paulum eiicit et Cucusi exsulare iubet. ibi is suo humerali ab Arianis strangulatur. Macedonius rursus sedem episcopalem occupat, Athanasius autem fuga sibi consulit. Constantius Iulianum Galli fratrem custodia liberatum Caesarem declarat, inque Galliam mittit, tradens ei in matrimonium sororem suam Helenam, quae et Constantiae nomen tulit. Constantio uxor fuit inclita Eusebia, cuius pulchritudinis fama orbem terrae pervagata est. verum maritus mollior quam expediret, ac praeterea morbosus, non potuit mulierem curare. itaque flore aetatis naturaeque vigore exardescens ea in matricis saevos cruciatus incidit, paulatimque contabescendo periit, nulla neque formae neque aetatis neque imperii percepta utilitate.

utcunque enim mulier reliqua omnia sustinet:
vitae viro sed cum periculo excidit.

Τῷ κβʹ ἔτει οἱ Ἀρειανοὶ τὸν βασιλέα Κωνστάντιον κατὰ Ἀθανασίου παρέπεισαν ὡς κεφαλικὴν τιμωρίαν αὐτοῦ καταψηφίσασθαι· ἀλλὰ καὶ τότε φυγῇ ὁ ἅγιος τὴν σωτηρίαν ἐπραγματεύσατο. σεισμοῦ δὲ μεγάλου ἐν Νικομηδείᾳ γενομένου περὶ ὥραν νυκτερινὴν τρίτην, τὴν πόλιν κατέλαβε, καὶ πλήθη πολλὰ διέφθειρε μετὰ τοῦ ἐπισκόπου Κεκροπίου. Μακεδόνιος τοίνυν τὸν θρόνον τῆς Κωνσταντινουπόλεως κατέχων μετήγαγε τὸ σῶμα τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου εἰς τὸν ἅγιον Ἀκάκιον ἀπὸ τοῦ ναοῦ τῶν
P 303 ἁγίων ἀποστόλων, πτῶσιν προφασιζόμενος τοῦ ναοῦ· τοῦ δὲ λαοῦ κωλύοντος φόνος γέγονε πολύς, ὥστε πληρωθῆναι τὸ φρέαρ τοῦ μαρτυρίου καὶ τὰς πλατείας καὶ τὴν αὐλὴν αἱμάτων. ὅπερ γνοὺς Κωνστάντιος τοῦτον μὲν καθήρησε καὶ Εὐδόξιον ἀντικατέστησε, μείζονι κακῷ μέγα κακὸν ἀμειψάμενος. οὗτος ὁ Εὐδόξιος ἐνεκαίνισε τὸ δεύτερον τὸν ναὸν τῆς ἁγίας σοφίας διὰ τὸ μετὰ τὸν πρῶτον ἀπαρτισμὸν αὐτοῦ καὶ τὸν ἐγκαινισμὸν τὸν δι' Εὐσεβίου πάλιν πεσεῖν καὶ αὖθις οἰκοδομηθῆναι διὰ τοῦ αὐτοῦ Κωνσταντίου. ἐπὶ τούτου τοῦ Εὐδοξίου τοῦ μαθητοῦ Εὐνομίου ὁ ἐν ἁγίοις Ἐφραὶμ ὁ Σύρος ἦν, μέγας ἐν ἔργῳ καὶ λόγῳ, ὃς πολλὰ ὠφέλιμα ἐγγράφως καταλέλοιπε.

B Τῷ κγʹ ἔτει τοῦ Κωνσταντίου Φλαβιανὸς ὁ Ἀντιοχείας τοὺς τῶν ψαλλόντων χοροὺς διελὼν ἐκ διαδοχῆς τὴν Δαβιτικὴν ἐδίδαξε πρῶτος ᾄδειν μελῳδίαν. μετὰ δὲ τοῦτον Πέτρος ὁ κναφεὺς τυραννικῶς τῷ θρόνῳ Ἀντιοχείας ἐπιβὰς πρῶτον ἐπενόησε τὸ μύρον ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἐπὶ παντὸς τοῦ λαοῦ ἁγιάζεσθαι, καὶ τὴν ἐπὶ τῶν

Anno 22 Ariani Constantio persuaserunt ut capitale supplicium Athanasio decerneret. sed tunc quoque is vitam fuga servavit. noctis hora tertia terrae motus Nicomediae obortus magnam hominum multitudinem atque cum his episcopum Cecropium oppressit. Macedonius episcopatu Cpolitano potitus corpus Constantini magni ab apostolorum templo ad sancti Acacii fanum transferre aggressus est, praescriptione ea utens, quod templum apostolorum corruisset. populo autem obsistente magna exstitit caedes, ita ut sanguine et puteus testimonii et plateae et aula opplerentur. Constantius rei indicio accepto Macedonium deposuit, eique Eudoxium substituit, magnum malum minore commutans. is Eudoxius denuo templum S. Sapientiae dedicavit, quia post primam absolutionem ab Eusebio dedicatum corruisset essetque a Constantio eodem instauratum. huius Eudoxii, qui Eunomii fuit discipulus, tempore S. Ephremus Syrus fuit, vir magnus dictis factisque, et qui multa utiliter conscripta reliquit.

Anno 23 Constantii Flavianus Antiocheae episcopus cantorum choros dividens primus instituit ut psalmi Davidici alternis cantarentur. post hunc Petrus cognomento Cnapheus (id est fullo) per tyrannidem eo episcopatu occupato primus auctor fuit unguenti in ecclesia coram

ὑδάτων ἐν τοῖς ἁγίοις θεοφανίοις ἐπίκλησιν ἐν ἑσπέρᾳ γίνεσθαι, καὶ ἐν ἑκάστῃ εὐχῇ τὴν θεοτόκον ὀνομάζεσθαι, καὶ ἐπὶ πάσῃ συνάξει τὸ σύμβολον τῆς πίστεως λέγεσθαι, πρότερον τῇ μεγάλῃ παρασκευῇ καὶ μόνον λεγόμενον.

Ἀκηκοὼς τοίνυν Κωνστάντιος ὅτι Ἰουλιανὸς ἐν Γαλλίαις ἐν C πολέμοις εὐδοκιμήσας ὑπὸ τοῦ στρατοῦ βασιλεὺς ἀνηγορεύθη, ἐν Ἀντιοχείᾳ διάγων διὰ τὸν Περσικὸν πόλεμον ἐξώρμησε κατ' αὐτοῦ, καὶ ἐλθὼν ἐν Μόψου κρήναις τελευτᾷ, μηνὶ Νοεμβρίῳ γ', πολλὰ τῆς ἑαυτοῦ ἀγνοίας καταγνούς. ἐβαπτίσθη δὲ τότε ἐν Ἀντιοχείᾳ ὑπὸ Εὐζωΐου τοῦ Ἀρειανοῦ. οὗ τὸ σῶμα Ἰοβιανὸς ὁ μετὰ ταῦτα βασιλεύς, προτίκτωρ τότε ὤν, ἀποκομίσας ἀπέθετο πλησίον τοῦ πατρὸς αὐτοῦ ἐν τῷ ἡρῴῳ μετὰ Εὐσεβίας τῆς αὐτοῦ πρώτης γυναικός.

Ἅμα δὲ τῷ ἀναγορευθῆναι Ἰουλιανὸν ἐν Γαλλίαις εὐθὺς ἡ τροῦλλα τῆς ἁγίας τοῦ θεοῦ μεγάλης ἐκκλησίας, φουρνικὴ οὖσα, ἔπεσε, τόν τε ἄμβωνα καὶ τὰς σωλέας ἐξ ὀνυχίτου λίθου ὄντα D συνέτριψε καὶ εἰς χοῦν ἀπετέλεσε. τοῦτον τὸν ναὸν ἰδὼν μετὰ ταῦτα Ἰουλιανὸς εἶπεν "ἀκμὴν οἱ Χριστιανοὶ ἐκκλησίας ἔχουσιν. ἐὰν ὑποστρέψω ἀπὸ Περσῶν, τὸν μὲν μέσον χορτοβολῶνα τὰ δὲ ἔνθεν κἀκεῖθεν μέρη στάβλους τῶν ἵππων μου ποιήσας ἰδεῖν ἔχω αὐτοὺς ποῦ ἐλπίζουσιν."

Ἦν δὲ Ἰουλιανὸς τὸ σῶμα βραχύς, εὐπώγων, μελανόθριξ, ὕπνου καὶ τρυφῆς καὶ ἀφροδισίων ὅτι μάλα ἐγκρατής, φιλοδοξό-

universo populo consecrandi, ac ut in sacris Theophaniis aquarum consecratio vesperi fieret, ac ad singulas preces nominatim dei genitrix cieretur, et in coenae mysticae celebratione quavis symbolum fidei recitaretur, cum id tantum in vigilia magna diceretur.

Enimvero Constantius Iulianum in Gallia bellis praeclare gestis audiens ab exercitu imperatorem appellatum, tunc belli Persici causa Antiocheae degens, contra eum expeditionem suscepit. sed cum ad Mopsucrenas (Mopsi scaturigines) venisset, ibi vitam finiit, tertio die Novembris, cum suam ignorationem valde vituperasset. baptizatus fuit tunc Antiocheae ab Euzoio Ariano. corpus eius Iovianus, qui postea temporis ad imperium evectus tunc protector fuit, sublatum deposuit in Hereo sacello iuxta patris corpus et Eusebiae prioris eius uxoris.

Ἰστέον ὅτι τὸ μὲν εἴδωλον οὐδεμίαν ὑπόστασιν ἔχει, τὸ δ' ἴνδαλμά τινός ἐστιν ὁμοίωμα καὶ ἀπεικόνισμα. καὶ εἴδωλον μὲν Σφίγγες Κένταυροι κυνοπρόσωπα καὶ βουκέφαλοι ἤγουν τὰ μὴ ὑφεστῶτα, ὁμοιώματα δὲ τῶν ὑφεστώτων εἰκάσματα, οἷον ἡλίου σελήνης ἄστρων ἀνθρώπων θηρίων ἑρπετῶν καὶ τῶν τούτοις παραπλησίων.

C Ἰστέον ὅτι Χαλδαῖοι τὸ πῦρ ὡς πάντων ἀναιρετικὸν σέβονται, καὶ πάντας τοὺς Ἑλλήνων θεοὺς κατέδραμον. προσῆλθον δὲ καὶ τῷ Κάνωπος ἱερεῖ, καὶ αὐτὸς μηχανᾶταί τι τοιοῦτον. εἰς τύπον ἀγάλματος ὑδρίαν ὀστρακίνην κατασκευάσας τρήσεις ὑπέθηκε λεπτάς, ἃς κηρῷ φραξάμενος καὶ χρώματι καλλύνας, παλαιοῦ ἀγάλματος ἀποτεμὼν κεφαλὴν καὶ ἐφαρμόσας τῷ σκεύει εὐφυῶς, καὶ τῷ πυρὶ προσαγαγὼν ἤλεγξεν αὐτοῦ τὴν ἰσχύν, κατὰ μικρὸν διὰ τοῦ ὕδατος ἀποσβεσθέντος.

Τῷ ιε' καὶ ιϛ' ἔτει αὐτοῦ Θεοδόσιος νόμον γράφει γυναῖκα εἰς διακόνισσαν μὴ προβαίνειν, εἰ μὴ ὑπερβῇ τὰ ξ' ἔτη. τῷ αὐτῷ
D ἔτει Πλακίλλα ἡ γαμετὴ Θεοδοσίου ἐκοιμήθη, εὐσεβὴς οὖσα καὶ φιλόπτωχος, οἰκείαις χερσὶ λωβοῖς καὶ νοσοῦσιν ὑπηρετοῦσα. ταύτης τὸν ἀνδριάντα κατέαξαν οἱ Ἀντιοχεῖς διὰ τὰ ἐπιτεθέντα δημόσια παρὰ τοῦ βασιλέως τελεῖν αὐτούς. τότε καὶ Ἰωάννης ὁ

1 αὐτῆς] αὖ?

effecerant ut statua in aëre videretur suspensa, neque terram tangens neque tectum.

Inter idolum et indalma hoc interesse noveris, quod idolum nullius est rei in natura exstantis signum, indalma autem alicuius similitudo atque effigies rei. idolum est, ut verbi gratia Sphinges, Centauri, vultu canino aut capitibus bovillis praediti: ea enim nusquam sunt. simulacra autem sunt ut solis, ut lunae, ut astrorum, ut hominum, ferarum, repentium, et aliorum id genus.

Nota Chaldaeos ignem, ut quo omnes res consumantur, pro deo coluisse, et omnes Graecorum deos refutasse. hi cum ad Canopi etiam sacerdotem pervenissent, is tali usus est astu. situlam fictilem in statuae formam apparavit, quam tenuibus foraminibus cera oppletis pertusam aqua implevit, inductoque colore et statuae capite artificiose imposito igni admovit, itaque vim ignis refellit, paulatim aquae defluxu exstincti.

Anno sui imperii 15 et 16 Theodosius legem tulit, ne qua mulier ad diaconissae munus reciperetur nisi annum 60 egressa. eodem anno moritur Placilla Theodosii uxor, pia et pauperum studiosa, quae suis manibus aegrotis atque male affecto corpore hominibus ministrabat. huius statuam confregerunt Antiocheni ob exactionem imperatoris; qua

Χρυσόστομος, πρεσβύτερος ὢν Ἀντιοχείας, λόγους περὶ τούτου θαυμαστοὺς ἐξέθετο, οὓς ἀνδριάντας ἐπέγραψε. τότε καὶ ἡ ἐν Θεσσαλονίκῃ σφαγὴ τῶν ιε΄ χιλιάδων τοῦ λαοῦ ὑπὸ Θεοδοσίου γίνεται, καὶ τὰ παρὰ τοῦ ἁγίου Ἀμβροσίου ἐπισκόπου Μεδιολάνων εἰς αὐτὸν βασιλέα πραχθέντα. διὸ καὶ νόμον ἐκτίθεται τοῖς καταδικαζομένοις θανάτῳ ἢ δημεύσει προθεσμίαν λ΄ ἡμερῶν εἰς διάσκεψιν δίδοσθαι.

Τῷ δὲ αὐτῷ ἔτει τοῦ ποταμοῦ Νείλου κατὰ τὸ ἔθος μὴ ἀνα- P 326
βάντος ἔχαιρον οἱ Ἕλληνες, λέγοντες αἴτιον εἶναι τούτου τὸ κωλυθῆναι θύειν τοῖς θεοῖς αὐτῶν. ὅπερ μαθὼν ὁ εὐσεβὴς βασιλεὺς εἶπε "μὴ γένοιτό ποτε ποταμὸν θυσίαις χαίροντα ἐπὶ τὴν γῆν πλημμυρῆσαι." ὁ δὲ θεὸς τοῦτο ἀποδεξάμενος εὐλόγησε τὴν ἀνάβασιν τοῦ ποταμοῦ, ὥστε ἅπαντας τοὺς κατ' Αἴγυπτον φοβηθῆναι μὴ καὶ αὐτὴν τὴν Ἀλεξάνδρειαν κατακλύσῃ ἡ πλημμύρα τοῦ ὕδατος.

Ἐν Μεδιολάνῳ ὑπάρχοντος τοῦ βασιλέως Θεοδοσίου οἱ ἐκ Κωνσταντινουπόλεως Ἰουδαῖοι, ἐκ προστάξεως Ὀνωράτου ἐπάρ- B
χου, συναγωγὴν ἐν τοῖς Χαλκοπράτοις πολλῶν ταλάντων εἰργάσαντο. τῶν δὲ Χριστιανῶν δυσφημούντων κατὰ τοῦ ἐπάρχου αὐτὺς οὐ προσέσχεν· ἦν γὰρ Ἕλλην. πῦρ οὖν ἐμβαλόντες νυκτὸς ταύτην κατέκαυσαν. γράφει τοῦτο ὁ ἔπαρχος πρὸς Θεοδόσιον, ἐγκαλῶν τοῖς πολίταις· ὁ δὲ ὁρίζει ζημίαν ὑποστῆναι τοὺς τοῦτο δράσαντας καὶ κτισθῆναι τὴν συναγωγήν. προσφεύγουσιν οἱ πολῖται πρὸς τὸν μέγαν Ἀμβρόσιον. ὁ δὲ τῆς ἑορτῆς τῶν Χριστοῦ

de re Ioannes Chrysostomus, eo tempore Antiocheae presbyter, mirandas edidit orationes, statuarum titulo. tunc etiam icciroo Thessalonicae Theodosius 15 hominum milia interfecit, et Ambrosius Mediolani episcopus ea cum imperatore egit quae rettulimus. quibus motus imperator legem tulit quae recognoscendae sententiae causa damnato mortis aut publicationis 30 dierum dilationem concedebat.

Eo ipso anno, cum Nilus pro more non exundasset, Graeci laeti hanc dixerunt esse causam, quod diis suis sacrificare interdictum ipsis esset. Theodosius eorum sermone cognito "absit" ait "ut fluvius sacrificiis gaudens terram irriget." deus autem id eius responsum ita probavit ut Nilum exundare iusserit adeo ut universi Aegyptii in metum venerint, ne ipsam quoque Alexandream eluvio ista perderet.

Dum Mediolani degit Theodosius, interim Iudaei qui Cpoli vivebant, mandato Honorati praefecti, multis talentis constantem in Chalcoprato aedificant synagogam. praefectus a Christianis eius rei causa obiurgatus, utpote Graecae religionis sectator, animum eis non advertit. itaque ii noctu eam igne iniecto cremant. praefectus eo de facto ad imperatorem scribit, cives accusans, impetratque ut is iubeat multari cives et refici synagogam. cives opem Ambrosii implorant. is cum

γενεθλίων ἐνστάσης καὶ τοῦ βασιλέως εἴσοδον ποιήσασθαι μέλλοντος, δημηγορεῖ ὁ μέγας Ἀμβρόσιος ὀλίγα μὲν περὶ τῆς ἑορτῆς,
C τὰ πλείω δὲ τοῦ βασιλέως καθαπτόμενος σφοδρῶς, φάσκων οὕτως ὡς ἐκ προσώπου τοῦ θεοῦ "οὐκ ἐγώ σε ποιμένα ὄντα προβάτων ἐξόπισθεν τῶν λοχευομένων ἔλαβον, καὶ τοῦ λαοῦ μου ποιμένα καὶ βασιλέα κατέστησα; οὐκ ἐγώ σου τὴν κεφαλὴν αὐχμῶσαν καὶ φθειριῶσαν χρυσῷ στεφάνῳ κατεκαλλώπισα καὶ ταινίᾳ χρυσοπορφύρῳ ἐκόσμησα; καὶ ἵνα τί τοὺς σφαγέας τοῦ υἱοῦ μου προκρίτους ἄγεις καὶ τὸν ἐμὸν λαὸν κατατρύχεις, ποινηλατῶν τὴν κληρονομίαν μου; καὶ ὁ βασιλεὺς "τί ποιεῖς, ἐπίσκοπε; τὴν ἑορτὴν καταλιπὼν ὅλην ἐπ' ἐμὲ τὴν δημηγορίαν ἐξήρτησας;" καὶ ὁ Ἀμβρόσιος "οὐ κατά σου, βασιλεῦ, ἀλλ' ὑπέρ σου. τί γὰρ ἔσται Χριστιανοῖς ἄλλο δεινότερον, ἵνα καὶ Ἰουδαίων συναγωγὰς ἀπαρ-
D τίζωσι;" καὶ ὁ βασιλεὺς "καὶ δίκαιόν ἐστιν ἵνα ὃ ἐὰν δόξῃ δήμῳ ἀτάκτῳ ἐπὶ βασιλικῇ πόλει κατεργάζηται;" καὶ ὁ Ἀμβρόσιος "καὶ τοῦτο δίκαιόν ἐστι, βασιλέων θεοσεβέστατε, ἵν' ἐπὶ πόλεως βασιλευούσης Ἰουδαῖοι βλασφήμους ᾠδὰς ἀναπέμπωσι; μὴ τούτῳ στοιχήσῃς, βασιλέων πανάριστε· αἱ γὰρ ἐκείνων εὐχαὶ βλασφημίαι καὶ ὕβρεις καὶ ἀρρητολογίαι τυγχάνουσι." καὶ ταῦτα λέγοντος Ἀμβροσίου ἀφῆκεν ὁ βασιλεὺς τὸ ἐπιτίμιον, νόμον ἐκθέμενος μὴ ἔχειν Ἰουδαίους ἐν Βυζαντίῳ συναγωγὴν μήτε τολμᾶν δημοσίᾳ προσεύχεσθαι.

natalitium Christi festum tempus advenisset, rege templum ingresso, pauca quaedam de ea solemnitate concionatus maiorem orationis partem acriter increpando imperatorem insumpsit, ita in dei persona eum compellans. "nonne te ego de pastore ovium, insidiantibus ereptum, populi mei pastorem ac imperatorem constitui? nonne caput tuum squalore et pediculis deforme aurea corona redimivi ac taenia auro purpuraque insigni exornavi? quare igitur filii mei interfectores primas tuo iudicio tenent partes? quare populum meum et hereditatem meam multis atteris?" ad haec imperator "quid agis," inquit, "episcope, qui solennitatis omissa materia totam in me dirigis orationem?" "non adversum te" inquit Ambrosius, "sed pro te hoc fit: quid enim gravius in Christianos potuit statui quam ut Iudaeorum synagogas reficiant?" tum Theodosius "iustumne ergo tibi videtur turbam hominum incompositam in regia urbe pro sua libidine agere?" respondit Ambrosius "quid? iustumne putas esse, piissime imperator, ut in urbe quae arx est imperii, Iudaei in deum contumeliosa carmina decantent? ne hac via ingrediare, optime princeps. Iudaeorum enim vota in deum maledicta sunt et contumeliae atque infandae exsecrationes." his Ambrosii motus verbis imperator Christianis multam remisit, legemque tulit ne Iudaei Byzantii synagogam haberent neve in publico preces facerent.

Ἐν τούτοις ἥ τε τῶν Ὀλυμπιάδων ἀπέσβη πανήγυρις, ἥτις κατὰ τετραετῆ χρόνον ἐπετελεῖτο. ἤρξατο δὲ ἡ τοιαύτη πανή- P 327 γυρις ὅτε Μανασσῆς τῶν Ἰουδαίων ἐβασίλευσε, καὶ ἐφυλάττετο ἕως τῆς ἀρχῆς αὐτοῦ τοῦ μεγάλου Θεοδοσίου. καὶ ἤρξαντο ἀριθμεῖσθαι αἱ ἴνδικτοι, ἀρξάμεναι ἀπὸ Αὐγούστου Καίσαρος ἐν ἔτει ιε' τῆς ἀρχῆς αὐτοῦ. καλεῖται δὲ ἰνδικτιών, τουτέστιν ἰνακτιών, ἡ περὶ τὸ Ἄκτιον νίκη. Ἄκτιον δέ ἐστιν ἀκρωτήριον Νικοπόλεως τῆς Ἠπείρου, ἔνθα μαχεσάμενος Αὔγουστος τόν τε Ἀντώνιον καὶ Κλεοπάτραν ἐνίκησε, μόναρχος ἀναδειχθεὶς τῷ τότε χρόνῳ.

Ὁ οὖν μέγας Θεοδόσιος ἤγαγεν ἀπὸ Ῥώμης ἐν ἀρχῇ τῆς βασιλείας αὐτοῦ τὸν μέγαν Ἀρσένιον, ἀκούσας περὶ τῆς σοφίας αὐτοῦ καὶ θεϊκῆς γνώσεως, καὶ τούτῳ Ἀρκάδιον καὶ Ὀνώριον B τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ δέδωκε, παιδεύεσθαι ὑπ' αὐτοῦ τὰ ἱερὰ γράμματα· ὃν καὶ βασιλεοπάτορα πεποίηκεν. οὗτος ἐν νυκτὶ δεόμενος τοῦ θεοῦ ἤκουσε φωνῆς λεγούσης αὐτῷ "Ἀρσένιε, φεῦγε τοὺς ἀνθρώπους, καὶ σώζῃ."

Οὗτος ὁ Θεοδόσιος τοὺς εἰδωλικοὺς ναούς, οὓς ὁ μέγας Κωνσταντῖνος κλεισθῆναι μόνον προσέταξε, πάντας ἕως ἐδάφους κατέλυσεν. ἐν Μεδιολάνῳ δὲ ἀρρωστήσας ἐκοιμήθη ἐν κυρίῳ, ὑπάρχων ἐτῶν ξ', βασιλεύσας ἔτη ις', καταλείψας τοὺς δύο υἱοὺς αὐτοῦ, Ἀρκάδιον μὲν τὸν πρεσβύτερον τῆς ἑῴας, Ὀνώριον δὲ τῶν ἑσπερίων σὺν Πλακιδίᾳ. καὶ ὁ μὲν Ὀνώριος ἔσχε τὰ βασίλεια εἰς Ῥάβενναν, Πλακιδία δὲ ἡ θυγάτηρ Γρατιανοῦ ἐν τῇ C

Tum Olympiorum desiit festivitas, quarti cuiusque anni exitu solita celebrari, instituta eo tempore, quo Manasses Iuda rex fuit, et usque ad imperium Theodosii perducta. coeperuntque numerari indictiones, quarum principium in 15 annum imperii Augusti. nomen habet indictio ab Actiaca victoria, et est Actium promontorium Nicopolis, urbis in Epiro sitae; quod eo tempore Augustus ibi devictis Antonio et Cleopatra solus rerum summam obtinuit.

Enimvero Theodosius principio sui imperii Roma abduxerat magnum illum Arsenium, cum de eius rerum humanarum divinarumque peritia inaudivisset; eique suos filios Arcadium et Honorium sacris literis instituendos commendaverat, ac Caesarum patrem constituerat. is Arsenius deum quadam nocte invocans vocem audivit ita praecipientem "Arseni, fuge homines, et salvus eris."

Idem Theodosius templa ficticiorum deorum, quae tantum occludi Constantinus magnus iusserat, omnia funditus evertit. Mediolani ex morbo decessit sexagenarius, postquam imperasset annos 16, duobus filiis relictis, quorum maiorem Arcadium Orienti praefecit, Honorium cum Placidia Occidenti. ac Honorius quidem Ravennae regiam suam

Ῥώμῃ. μετήνεγκε δὲ τὸ σῶμα αὐτοῦ ἐν Κωνσταντινουπόλει Ἀρκάδιος, θεὶς ἐν τῷ ναῷ τῶν ἁγίων ἀποστόλων. τὴν δὲ τῆς ἀρχιερωσύνης καθέδραν κατεῖχε Νεκτάριος, κόσμου ἔτει ͵εωπη', τῆς θείας σαρκώσεως τϟδ'.

Ἀρκάδιος ὁ υἱὸς τοῦ μεγάλου Θεοδοσίου ἐβασίλευσεν ἔτη ιδ'. οὗτος ἐν τῷ ε' ἔτει τὸν μέγαν ἔμβολον ἀντικρὺ τοῦ πραιτωρίου ἔκτισεν. ἦν δὲ Ἀρκάδιος τὴν θέσιν τοῦ σώματος εἰδεχθέστατος, μέλας τὴν χροιάν, τὴν ἡλικίαν φαυλότατος, ἓν μόνον ἔχων πλεονέκτημα τὸ καλῶς γράφειν, ὃ παρὰ τοῦ μεγάλου Ἀρσενίου ἐξεπαιδεύθη. ἐπὶ τούτου μετετέθη τὰ λείψανα τοῦ ἁγίου προφήτου
D προδρόμου καὶ βαπτιστοῦ Ἰωάννου ἐν Ἀλεξανδρείᾳ. ποιεῖ δὲ καὶ ἴδιον ἀριθμὸν ἐν Κωνσταντινουπόλει, οὓς ἐκάλεσεν Ἀρκαδικούς.

Τῷ ϛ' τούτου ἐνιαυτῷ χειροτονεῖται ὁ Χρυσόστομος ἐν Κωνσταντινουπόλει, ᾧ καὶ Λιβάνιος ἐμαρτύρησε. πυθομένων γὰρ τῶν αὐτοῦ φοιτητῶν τίνα ἀντ' αὐτοῦ προΐστησι τῷ διδασκαλείῳ, "Ἰωάννην" ἔφη, "εἰ μὴ ἐσυλήθη ὑπὸ τῶν Χριστιανῶν." τῷ δ' αὐτῷ ἔτει γεννᾶται Ἀρκαδίῳ υἱὸς ἐξ Εὐδοξίας τῆς Αὐγούστης, Θεοδόσιος ὁ μικρός, ὃν ἀνεδέξατο Ἰωάννης ὁ Χρυσόστομος ἐν τῷ ἁγίῳ βαπτίσματι.

Τῷ η' ἔτει Γαϊνᾶς τυραννεῖ κατὰ Ἀρκαδίου, καὶ πολλὰ κακὰ τῷ Βυζαντίῳ ἐπεδείξατο. ὅρκους δὲ λαβὼν καὶ δοὺς ἐν τῇ
P 328 ἁγίᾳ Εὐφημίᾳ τῇ ἐν Χαλκηδόνι, τούτους παρέβη, καὶ εἰσελθὼν ἐν τῇ πόλει ἐχώρησε πρὸς ἁρπαγὰς καὶ ἑτέρας ἀτοπίας. εἶτα

constituit, Placidia autem Gratiani filia Romae. patris corpus Arcadius Cpolin detulit atque in fano apostolorum deposuit. episcopatum tenuit Nectarius, anno mundi 5888, incarnationis divinae 394.

Arcadius Theodosii magni filius imperavit annos 14. is quinto imperii sui anno Rostra magna e regione praetorii exstruxit. fuit Arcadius corpore admodum deformi, niger, statura parva, id unum praeclarum habens quod bene scribebat, ita ab Arsenio edoctus. sub eo reliquiae b. Ioannis baptistae Alexandream transpositae sunt. etiam peculiarem numerum Cpoli instituit, quos Arcadianos appellavit.

Sextum Arcadio annum imperante Chrysostomus Cpolis episcopus deligitur; cuius facundiae etiam Libanius testimonium tulit. interrogatus namque ab auditoribus quemnam suo loco scholae praeficeret, Ioannem respondit se praepositurum ei fuisse, nisi hunc surripuissent Christiani. eodem anno Theodosium iuniorem Eudoxia Augusta Arcadio peperit, quem de sancto lavacro Ioannes Chrysostomus suscepit.

Anno octavo Gainas tyrannidem contra Arcadium occupavit, multaque mala Byzantio intulit. qui cum ultro citroque dato iuramento Chalcedone ad sanctam Euphemiam pacem icisset, eo violato in urbem ingressus, direptiones et alia mala perpetravit. inde ad Thraciae Cher-

ἐξελθὼν εἰς τὴν Χεῤῥόνησον Θρᾴκης καὶ σχεδίας ποιήσας, πρὸς τὰς ἀνατολικὰς πόλεις χωρεῖ. πολέμου δὲ πολλοῦ συῤῥαγέντος κατά τε γῆν καὶ θάλασσαν ἀπώλετο σὺν τοῖς ἑαυτοῦ στρατεύμασι.

Τοῦ δὲ Χρυσοστόμου τὰ τῆς ὀρθοδόξου ἐκκλησίας ἰθύνοντος προσῆλθεν αὐτῷ τις τῆς τῶν Μακεδονιανῶν αἱρέσεως μετανοήσας. παραινέσας δὲ καὶ τῇ ἰδίᾳ γαμετῇ ἐπιστρέψαι καὶ μετανοῆσαι καὶ κοινωνῆσαι, μόλις ὡς δῆθεν ἔπεισεν. ἡ δὲ δοῦσα τῇ παιδίσκῃ κοινωνίαν τῶν Μακεδονιανῶν ἐκέλευσεν ἔχειν μεθ' ἑαυτῆς. καὶ δὴ προσελθοῦσα τῷ Χρυσοστόμῳ, καὶ δεξαμένη τὴν B ἁγίαν κοινωνίαν ἐκ τῶν χειρῶν αὐτοῦ, ὑποκριθεῖσα ταύτης μεταλαμβάνειν δέδωκε τῇ παιδίσκῃ, καὶ τὴν τῶν Μακεδονιανῶν λαβοῦσα προσάγει τῷ στόματι, καὶ εὑρίσκει αὐτὴν λίθον γεγονυῖαν. φρίξασα οὖν προσπίπτει τῷ ἁγίῳ ὑπότρομος, ἐξαγορεύουσα τὸ τόλμημα καὶ εἰλικρινῶς προσερχομένη τῇ ἐκκλησίᾳ.

Κύριλλος δὲ ὁ ἁγιώτατος Ἀλεξανδρείας ἀρχιεπίσκοπος ἀνεψιὸς ἦν Θεοφίλου κατὰ σάρκα. ἕως δὲ χρόνων τινῶν καὶ αὐτὸς προλήψει δουλεύων ὡς ἄνθρωπος, καὶ τῷ Θεοφίλῳ ὡς θείῳ ἐπακολουθῶν, πονηρὰ κατὰ τοῦ Χρυσοστόμου ἐφρόνει τε καὶ ἐφθέγγετο· ἐπειδὴ δὲ ζῆλος ἦν, εἰ καὶ μὴ κατ' ἐπίγνωσιν, οὐ φθόνος C δὲ οὐδ' ἔνστασις διαβολικὴ τὸ μαχόμενον, διὰ τοῦτο ἄξιος διορθώσεως ἐκρίθη ἀποκαλύψει τινὶ μυστικῇ, ἐν ᾗ ἐδόκει εὑρεθῆναι ἔν τινι φοβερῷ καὶ περικαλλεῖ τόπῳ, ἐν ᾧ πλήθη ἁγίων ἀγγέλων

15 προσεχομένη P

ronesum profectus, ratibus confectis ad urbes Orientis cursum instituit. sed terra marique commissis pugnis, periit cum suo exercitu.

Cum orthodoxae ecclesiae praeesset Chrysostomus, accessit ad eum quidam qui a Macedoniana secta in viam redierat, et uxorem quoque ad idem operose exhortatus, impetrasse ab ea videbatur ut ipsa quoque ad veram secum ecclesiam rediret ac sacramentum communicaret. haec particulam Macedonianam ancillae dat, iubetque secum adservare; et ad Chrysostomum aggressa, cum sacram particulam de manibus eius accepisset, fingens ea se vesci ancillae eam porrigit, Macedonianamque ab ea repetens, cum hanc ori admoveret, sensit in lapidem mutatam. exhorrescens ergo tremebunda se ad pedes sancti episcopi abiicit, facinus suum confitens, ac tum vere ad ecclesiam se conferens.

Cyrillus autem, sanctissimus Alexandreae archiepiscopus, consobrinus erat Theophili; et aliquamdiu praesumptioni serviens ut homo, ac Theophilum avunculum sequens, de Chrysostomo male et sentiebat et loquebatur. quia autem fervens hoc erat studium pugnandi, non a notitia veri, neque tamen ab invidia aut diabolica pervicacia ortum, dignus est habitus qui in viam revocaretur mystica quadam patefactione. imaginatus enim est Cyrillus se esse quodam terribili ac pulcherrimo in

παρειστήκεσαν τῇ θεομήτορι, σύνεγγυς δὲ ταύτης τὸν μέγαν
Χρυσόστομον. ἔνθα δὲ πειραθέντα Κύριλλον πλησιάσαι ἐξω-
θεῖσθαι προστάξει τοῦ Ἰωάννου, τὴν μητέρα δὲ τοῦ κυρίου πρεσ-
βεύουσαν ὑπὲρ αὐτοῦ καὶ παραδεχθῆναι ἀξιοῦσαν, ὡς οὐκ ὀλίγα
ὑπὲρ τῆς δόξης αὐτῆς πεποιηκότος εἰς τὸ θεοτόκον αὐτὴν ὀνομά-
ζεσθαι. εἰς ἑαυτὸν δὲ ὁ ἱερὸς Κύριλλος γενόμενος κατέγνω μὲν
ἑαυτοῦ, τοῖς δὲ τοῦ Χρυσοστόμου ἑπόμενος πᾶσι καὶ δώδεκα κε-
D φάλαια ἐξέθετο δογματικὰ καὶ Νεστορίῳ ἔπεμψεν ἐν Κωνσταντι-
νουπόλει. ὧν ἐκεῖνος καταφρονήσας τὴν κατ' αὐτοῦ τρίτην σύνο-
δον γενέσθαι παρεσκεύασεν. Ἀρσένιος δὲ ὁ μέγας τῶν τοῦ
κόσμου πάντων καταφρονήσας καὶ τοῦ κόσμου ἀναχωρήσας τὴν
θείαν φιλοσοφίαν ἐν Αἰγύπτῳ μετήρχετο ἐν μοναδικῷ σχή-
ματι.

Τῷ ι' ἔτει Ἀρκαδίου ἡ πρώτη ἐξορία τοῦ Χρυσοστόμου
γέγονεν, ἀφ' ἧς ὑποστρέφει ἑξήκοντα ἐπισκόπων συνελθόντων
καὶ ἄκυρα πάντα τὰ κατὰ τοῦ θείου Ἰωάννου παρὰ τοῦ Θεοφίλου
P 329 καὶ τῶν σὺν αὐτῷ ποιησάντων δικαίως. τῷ δὲ ια' καὶ ιβ' ἔτει
πάλιν τὰ κατὰ τῆς ἐπιβουλῆς αὔξει τοῦ Χρυσοστόμου. ἐν δὲ
τῷ ιγ', ὅτε καὶ τὸν λόγον ἐποίησεν οὗ ἡ ἀρχή "πάλιν Ἡρωδιὰς
μαίνεται," τότε ἔχθρα τελεία τῆς βασιλίσσης κατ' αὐτοῦ γίνεται,
καὶ πάλιν καθαίρεσις καὶ ἐξορία εἰς Κούκουσον, ἐκεῖθεν εἰς Πι-
τυοῦντα· καὶ γενόμενος ἐν Κομάνοις τῆς Ἀρμενίας κατὰ πάροδον
ἐτελειώθη ἐν κυρίῳ. ἄξιον δέ ἐστι μικρὸν ἐπαναλαβεῖν τῷ λόγῳ

19 τῷ om P

loco, ubi multitudo angelorum genitrici dei adstaret, propeque eam Chrysostomus. se, cum accedere conaretur, ab eo repelli: matrem autem dei intercedere pro se, et poscere ut admittatur, quia non parum propter ipsam laboris pertulisset, dum nomen dei genitricis vindicaret. postquam ad se rediit Cyrillus, sui ipsius poenitentia ductus in omnibus Chrysostomum exinde est secutus. edidit etiam duodecim capitula, decreta ecclesiae continentia, misitque Nestorio Cpolin. quae is contemnens causa fuit ut tertia contra ipsum synodus conscriberetur. magnus autem ille Arsenius, mundo contempto atque relicto, divinam philosophiam in Aegypto coluit habitu monachi.

Decimo Arcadii anno Chrysostomus primum est relegatus, revocatusque deinde, cum 60 episcopi convenissent iustoque iudicio rescidissent quae contra eum Theophilus cum sua factione egerant. annis 11 et 12 rursus Chrysostomo insidiae maiorem in modum tenduntur. anno 13, cum orationem composuisset cuius initium "rursum Herodias furit," odium imperatricis in eum prorsus exarsit, rursumque episcopatu deiectus relegatur primo Cucusum, inde Pityuntem. cumque obiter Comana Armeniae oppidum pervenisset, ad dominum ex hac vita commigravit.

περὶ τοῦ ἁγίου πατρὸς ἡμῶν καὶ φωστῆρος τῆς οἰκουμένης Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου· ἴσως γὰρ τοῖς φιλοκάλοις οὐ δόξειε τοῦτο πάρεργον.

Ὀκτωκαιδέκατον ἄγων τῆς ἡλικίας ἔτος, καταλιπὼν τὸν διδάσκαλον αὐτοῦ Λιβάνιον τὸν σοφιστήν, ὑπὸ τοῦ ἁγιωτάτου B ἐπισκόπου Ἀντιοχείας Μελετίου βαπτισθεὶς χειροτονεῖται ἀναγνώστης. καὶ παραμείνας τῇ ἐκκλησίᾳ ἔτη τρία ἀνεχώρησε, καὶ ἀπῆλθε πρός τινα μοναχὸν καὶ ἡγούμενον Καρτέριον τοὔνομα, καὶ αὐτῷ προσμείνας ἔτη τέσσαρα γίνεται ὑπ' αὐτοῦ μοναχός. καὶ τὰς θείας γραφὰς ὑπ' αὐτοῦ παιδευθεὶς καὶ τῆς μοναχικῆς πολιτείας τὴν ἀκρίβειαν χρόνον τινὰ ἀνεχώρησεν ἐν σπηλαίῳ μόνος ἔτη δύο, ποθῶν τὴν ἡσυχίαν. μὴ ἀναπεσὼν δὲ τὸν διετῆ χρόνον, μὴ νύκτωρ, μὴ μεθ' ἡμέραν, νεκροῦται τὰ ὑπογάστρια, πληγεὶς ἀπὸ τοῦ κρύους τὰς περὶ τοὺς νεφροὺς δυνάμεις. μὴ ἐπαρκῶν δὲ ἑαυτῷ χρησιμεύειν πάλιν καταλαμβάνει τὴν ἐκκλησίαν ἐκ C θείας προμηθείας εἰς πολλῶν σωτηρίαν. ἐντεῦθεν χειροτονεῖται διάκονος ὑπὸ τοῦ θείου Μελετίου, ὑπηρετήσας τῷ θυσιαστηρίῳ τρία ἔτη. ἤδη δὲ τῆς διδασκαλικῆς αὐτοῦ ἀρετῆς διαλαμπούσης πρεσβύτερος χειροτονεῖται διὰ Φλαβιανοῦ τοῦ ἐπισκόπου, καὶ τέσσαρα ἔτη διαπρέψας ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ Ἀντιοχείας ἀποσεμνύνει τὸ ἐκεῖσε ἱερατεῖον τῇ τοῦ βίου ἀρετῇ. ἦν γὰρ ἀσκητὴς ἄκρως καὶ πολυάγρυπνος καὶ φιλήσυχος λίαν καὶ διὰ ζῆλον σωφροσύνης εὐπαρρησίαστος καὶ ἀκρόχολος, καὶ θυμῷ μᾶλλον ἢ αἰδοῖ ἐχαρίζετο,

de hoc sancto patre nostro et orbis terrarum illuminatore videtur operae pretium paucula altius repetere, quod fortassis honesti studiosis non videbitur a re alienum esse.

Is ergo annum aetatis agens duodevigesimum, deserens magistrum suum Libanium sophistam, a Meletio Antiocheae sanctissimo episcopo baptizatus, ad lectoris munus designatus est. ibi cum triennium ecclesiae adfuisset, ad monachorum quendam praefectum secessit, nomine Carterium; apudque eum quadriennium moratus monachus sub eo fuit, institutusque est sacris literis et accurata vitae solitariae degendae ratione. postea quietis cupiditate ductus in speluncam abiit, inque ea biennium solus exegit. quo toto biennio cum neque noctu neque interdiu recubuisset, enecavit renes et partes infra ventrem sitas, frigore eas perdente. porro non contentus sibi ipsi profuisse, rursum divina providentia hoc ad multorum salutem procurante ad ecclesiam rediit. Meletius tunc eum diaconum creat. cumque altari triennium inserviisset et iam eius in docendo virtus innotuisset, a Flaviano episcopo presbyter constituitur. inde in Antiochena ecclesia quadriennium versatus vitae suae virtutibus eam exornavit. erat summa continentiae et tolerantiae exercitatione, pervigil et quietis studiosissimus ac temperantiae aemulatione in dicendo liber: alioquin irritabilis, irae quam pudori ob-

ἐλευθεροστομίᾳ τε πρὸς τοὺς ἐντυγχάνοντας ἀμέτρως ἐκέχρητο.
D καὶ ἐν μὲν τῷ διδάσκειν πολὺς ἦν πρὸς ὠφέλειαν, ἐν δὲ ταῖς
συντυχίαις ἀλαζονικός τις καὶ ὑπερόπτης ἐνομίζετο τοῖς αὐτὸν
ἀγνοοῦσι. διὸ καὶ ἐπὶ τὴν ἐπισκοπὴν προβληθεὶς μείζονι ὀφρύϊ
κατὰ τῶν ὑπηκόων ἐκέχρητο, πρὸς διόρθωσιν ἑκάστου καὶ σωτη-
ρίαν καὶ τοὺς τρόπους καὶ τοὺς λόγους μεταλλάττων. οὐ τοίνυν,
εἰ μή τις εἴη κόλαξ, τοῦτον ἀλαζόνα εἶναι νομίζει· οὐδ' αὖ πάλιν,
εἰ κόλαξ εἴη καὶ ἀγεννής, τοῦτον μετριόφρονα καλέσει, ἀλλὰ τὸν
ἐν προσηκούσῃ τάξει τοῖς ἐλευθέροις πρεπούσῃ ἑαυτὸν φυλάττοντα.
μεγαλόψυχον γὰρ εἶναι προσήκει, οὐχ ὑπερήφανον, ἀνδρεῖον, οὐ
P 330 θρασύν, ἐπιεικῆ, οὐ δουλοπρεπῆ, μετριόφρονα, οὐ ταπεινοφρο-
σύνην ὑποκρινόμενον, ἐλευθέριον, οὐκ ἀνδραποδώδη, ὥσπερ δὴ
καὶ αὐτὸς οὗτος ὁ Χρυσόστομος λέγει "διὰ τοῦτο ποικίλον εἶναι
δεῖ τὸν ποιμένα καὶ διδάσκαλον. ποικίλον δὲ λέγω, οὐχ ὕπουλον
οὐδὲ κόλακα καὶ ὑβριστήν, ἀλλὰ πολλῆς ἐλευθερίας καὶ παρρη-
σίας ἀνάμεστον, εἰδότα καὶ συγκατιέναι χρησίμως, ὅταν ἡ τῶν
πραγμάτων ὑπόθεσις ἀπαιτῇ τοῦτο, καὶ χρηστὸν εἶναι ὁμοῦ καὶ
αὐστηρόν. οὐ γὰρ ἑνὶ τρόπῳ χρῆσθαι τοῖς ἀρχομένοις ἅπασι
δέον, ἐπεὶ μηδὲ ἰατρῶν παισὶν ἑνὶ φαρμάκῳ πᾶσι τοῖς κάμνουσι
προσφέρεσθαι καλόν, μηδὲ κυβερνήταις μίαν ὁδὸν εἰδέναι τῆς
B πρὸς τὰ πνεύματα μάχης. ἐννόησον οὖν ὁποῖόν τινα εἶναι χρὴ
τὸν μέλλοντα πρὸς χειμῶνα τοσοῦτον ἀνθέξειν καὶ τοιαύτην ζά-
λην καὶ τοσαῦτα κύματα, πρὸς τὸ γενέσθαι τοῖς πᾶσι τὰ πάντα,
ἵνα πάντας κερδήσῃ. καὶ γὰρ σεμνὸν εἶναι δεῖ τὸν τοιοῦτον καὶ

sequentior, immodica dicendi libertate utebatur adversus interpellantes. in docendo utilissimus habebatur, in colloquiis arrogans videbatur et contemptor hominum iis qui eum non norant. itaque etiam ad episcopatum evectus maiori supercilio adversum subditos utebatur, ad salutem et correctionem singulorum gestus ac orationes immutans. nemo igitur hunc arrogantiae damnabit nisi adulator; neque mediocri animo fuisse credet, qui ipse adulator sit et parvi animi. verum ita habendum est, eum statum hunc tenuisse, qui liberum decet. magnanimum enim esse convenit, non superbum; fortem, non temerarium; aequanimum, non abiecti animi; moderatum, non humilitatis simulatorem, liberalem, non servilem. quemadmodum et ipse Chrysostomus dicit "propterea varium esse oportet pastorem atque doctorem. varium dico, non subdolum; neque adulatorem aut insultatorem, sed plenum magnae libertatis; qui et concedere utiliter possit, ubi rei argumentum id requiret, et tam lenem se quam austerum praebere. neque enim omnes eodem modo sunt tractandi subditi, quando neque medici ad omnes morbos eodem utuntur remedio, neque gubernatori unica est ventis resistendi ratio. considera ergo qualem oporteat hunc esse, qui tantam sustinere tempestatem debeat tantumque aestum atque tot fluctus, ut omnibus omnia fiat, qui omnes lucretur. oportet enim hunc esse gravem, fastus expertem, ter-

ἄτυφον, καὶ φοβερὸν καὶ προσηνῆ, καὶ ἀρχοντικὸν καὶ κοινωνικόν, καὶ ἀδέκαστον καὶ θεραπευτικόν, καὶ ταπεινὸν καὶ ἀδούλωτον, καὶ φαιδρὸν καὶ ἥμερον, ἵνα πρὸς ταῦτα εὐκόλως μάχεσθαι δύνηται. οὐκοῦν δεῖ τὸν ἐνάρετον καὶ ἐχέφρονα φεύγειν τὸ κολακεύειν καὶ κολακεύεσθαι, καὶ μήτε ἀλαζονικὸν εἶναι μήτε κόλακα, ἀλλ' ἀμφοτέρων τῶν κακῶν τούτων κολάζειν τὴν ἀμετρίαν, καὶ ἐλεύθερον εἶναι, μήτε εἰς αὐθάδειαν ἀποκλίνοντα μήτε εἰς δουλοπρέπειαν καταπίπτοντα. πρὸς μὲν γὰρ χρηστοὺς C ταπεινὸν ὑπάρχειν χρή, πρὸς δὲ θρασεῖς ὑψηλόν, ἐπείπερ οἱ μὲν ἀρετὴν εἶναι τὴν ἐπιείκειαν ἡγοῦνται, οἱ δὲ ἀνδρίαν τὴν θρασύτητα. κἀκείνοις μὲν τὴν ταπεινοφροσύνην δέον προσφέρειν, τούτοις δὲ τὴν ἀνδρίαν σβεννύουσαν αὐτῶν τὴν ἀπὸ τῆς θρασύτητος δόξαν, ἵνα τοὺς μὲν ὠφελήσῃ, τῶν δὲ ταπεινώσῃ τὸ φρόνημα." ὅπερ οὖν καὶ ὁ μέγας Βασίλειος δηλῶν ἔφη τὸ τοῦ σοφωτάτου Σολομῶντος "καιρὸς τῷ παντὶ πράγματι," εἰδέναι χρὴ ὅτι καὶ ταπεινότητος καὶ ἐξουσίας, καὶ ἐλέγχου καὶ παρακλήσεως, καὶ φειδοῦς καὶ παρρησίας, καὶ χρηστότητος καὶ ἀποτομίας, καὶ D ἅπαξαπλῶς καιρός ἐστι παντὸς πράγματος ἴδιος, ὥστε ποτὲ μὲν τὰ τῆς ταπεινότητος δεικνύειν καὶ μιμεῖσθαι ἐν ταπεινώσει τὰ παιδία κατὰ τὴν κυριακὴν φωνήν, ποτὲ δὲ τῇ ἐξουσίᾳ κεχρῆσθαι, ἣν ἔδωκεν ὁ κύριος εἰς οἰκοδομὴν καὶ οὐκ εἰς καθαίρεσιν, ὅταν ἡ χρεία ἐπιζητῇ τὴν παρρησίαν, καὶ ἐν καιρῷ μὲν παρακλήσεως τὸ χρηστὸν ἐνδείκνυσθαι, ἐν καιρῷ δὲ ἀποτομίας τὸν ζῆλον ἐμφαί-

ribilem, placidum, imperio utentem, communicantem, corruptelas respuentem, demerendi gnarum, humilem, animi nequaquam obnoxii, hilarem ac mansuetum, ut contra ista pugnare expedite possit. ergo qui virtute praeditus est ac cordatus, is cavere debet ne vel adulari se sinat vel alios aduletur; et neque arrogans esse neque adulator, sed medium intra utrumque vitium servare libertate retenta, ita ut neque ad insolentiam declinet neque serviles mores admittat. quippe erga bonos submissum, erga feroces elatum se gerat opus est, cum illi aequitatem pro virtute, hi ferociam pro fortitudine habeant. ideo illis tractandis adhibenda est animi quaedam demissio, his autem fortitudo, quae eorum feroces spiritus reprimat, quo et illis prosit et animos horum deiiciat." idem Basilius magnus indicans, Solomonis verbis monet in omni re suam esse vel humilitatis, vel elationis, vel obiurgationis vel consolationis, vel indulgentiae vel severitatis, vel lenitatis vel austeritatis, et in summa cuiusvis rei suam opportunitatem. itaque nonnunquam utendum est demissione animi, puerulorumque imitanda humilitas, sicut dominus monuit (Matth. 18): aliquando potestate utendum est quam dominus concessit, ad aedificandum, non ad demoliendum, cum libertate opus est. ita et ubi consolationem tempus requiret, benignitas exercenda, et severitatem occasione postulante serium pietatis studium de-

νειν, καὶ ἐφ᾽ ἑκάστου τῶν ἄλλων ὁμοίως τὸν ἔκκριτον καὶ δίκαιον λογισμὸν ἀποφέρεσθαι· λογισμοὶ γὰρ δικαίων κρίματα. καὶ δὴ καὶ ὁ θεοφόρος Ἰσίδωρος καὶ τοῦ μακαρίου φοιτητής ποτε λέγει
P 331 "τὸν ἄρχοντα καὶ ἀγαθὸν εἶναι δεῖ καὶ φοβερόν, ἵν᾽ οἱ μὲν εὖ βιοῦντες θαρροῖεν, οἱ δὲ ἁμαρτάνοντες ὀκνοῖεν. θάτερον γὰρ θατέρου χωρὶς ἀναρχία μᾶλλόν ἐστιν ἢ ἀρχή. εἰ μὲν γὰρ πάντες ἦσαν εὐπειθεῖς καὶ φιλάρετοι, ἀγαθότητος ἔδει μόνης, εἰ δὲ φιλαμαρτήμονες, φόβου. ἐπειδὴ δὲ ἀγαθοὺς καὶ πονηροὺς ἀνάγκη ἐν τοῖς ἀρχομένοις εἶναι, ἀμφότερα μεταχειριστέον τῷ ἄρχοντι καὶ προϊσταμένῳ, ἵν᾽ ἡ μὲν ἀγαθότης στηρίζῃ τοὺς ἀγαθοὺς καὶ σώφρονας, ὁ δὲ φόβος προαναστέλλῃ τῶν κακίστων τὰ πταίσματα." ταῦτα τοίνυν, ὡς ἔοικεν, ἀγνοοῦντες καὶ τὰ τούτων ὅμοια μὴ καλῶς ἐπιστάμενοι διακρῖναι καὶ συγκρῖναι οἱ ἐχθροὶ
B τοῦ θεσπεσίου Ἰωάννου ἀλόγως καὶ ἀνοήτως ἐμίσουν αὐτὸν καὶ διέβαλλον ὡς τραχύν τινα καὶ ὀργίλον.

Διὸ δὴ καὶ κατὰ γυναικῶν ὁ Ἰωάννης ἐπ᾽ ἐκκλησίας λόγον ἐπεδείξατο, ὃν οἱ δυσμενεῖς κατ᾽ Εὐδοξίας εἰρῆσθαι θρυλήσαντες ταύτῃ τὸν λόγον εἰσήγαγον. ἡ δὲ πρὸς Ἀρκάδιον καὶ δεινῶς πεπονθέναι λέγουσα κατὰ Ἰωάννου τοῦτον παρώτρυνε. παρασκευάζει δὲ μετασταλῆναι Θεόφιλον ὡς πρόδηλον ἐχθρὸν τοῦ Ἰωάννου ὑπάρχοντα· ὃς παραγενόμενος ἐν τῇ Δρυΐ, τῇ νῦν Ῥουφινιαναῖς, τὴν κατὰ Ἰωάννου ἐπιβουλὴν κατειργάσατο. ὅπερ γνοὺς ὁ λαὸς στάσιν μεγάλην ἐποίησε, μὴ συγχωρῶν αὐτὸν ἐκβλη-

monstrandum est; similiterque ceteris omnibus re accurate et iuste considerata utendum est. nam cogitationes iustorum iudicia sunt. sed et divinus Isidorus, qui aliquando discipulus fuit Chrysostomi, "principem" inquit "et benignum esse oportet et terribilem, ut qui recte vivunt, rebus fidant, et qui mali sunt, delinquere metuant. nam si horum alterutrum absit, non imperium est sed confusio. si enim omnes obedientes essent ac virtuti dediti, soli locus fuisset benignitati: si omnes vitiosi, solo terrore opus erat. quia autem necesse est subditorum alios esse bonos alios malos, oportet principem utraque re instructum esse, ut et benignitate sua bonos ac modestos confirmet, et a peccando mali deterreantur." haec, ut apparet, et horum similia ignorantes et recte discernere ac inter se comparare nescientes inimici Ioannis Chrysostomi absurde et inepte eum odio habuerunt, ac calumniati sunt tanquam asperum et iracundum.

Oratione in mulieres invectus pro sacra concione fuerat Chrysostomus. eam aemuli vulgantes esse in Eudoxiam institutam, rem ad ipsam detulerunt; atque ea apud maritum Arcadium questa gravibus se affectam iniuriis eum in Chrysostomum exasperavit, deditque operam ut Theophilus accerseretur, manifestus Chrysostomi hostis. is cum advenisset, in Quercu, qui locus nunc Rufinianae dicitur, contra Ioannem insidias comparat. populus re cognita magnum concitavit tumultum,

θῆναι τῆς πόλεως. ἐπικαμφθεῖσα δὲ Εὐδοξία τοῖς ὀδυρμοῖς τοῦ C
λαοῦ, πέμψασα Βρίσωνα τὸν εὐνοῦχον ἀπὸ Πραινέτου τὸν Ἰωάν-
νην εἰσήγαγεν, ὡς Θεόφιλον καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ φοβηθέντας φυγῇ
τὴν σωτηρίαν πορίσασθαι. ἑξήκοντα δὲ ἐπίσκοποι εὑρεθέντες
συνῆλθον, καὶ ἄκυρα τὰ ἐν τῇ Δρυῒ πραχθέντα ἅπαντα ψηφι-
σάμενοι Ἰωάννῃ τὴν ἐπισκοπὴν δικαίως ἐκύρωσαν. ἐπεὶ δὲ αὖ-
θις συνέβη τὰ κατὰ τὴν ἀργυρᾶν στήλην τῆς Εὐδοξίας καὶ τὸν
τῆς χήρας ἀμπελῶνα, πάλιν μῖσος καὶ πάλιν ὀργή, πάλιν ἔχθρα
καὶ λόγου ἐπίδειξις, οὗ ἡ ἀρχή "πάλιν Ἡρωδιὰς μαίνεται."
κἀντεῦθεν οἱ τοῦ μέρους αὐτοῦ ἐπίσκοποι τὴν ἐξορίαν αὐτῷ μέλ- D
λειν ἔσεσθαι βλέποντες, συναθροισθέντες πρὸς αὐτὸν μετὰ πολ-
λῶν δακρύων ἔλεγον "ἐπάναγκες ἡμῖν ὦ δέσποτά ἐστι, τὰς ἐκ-
κλησίας κατέχοντας, ἀναγκασθῆναι καὶ κοινωνῆσαι καὶ ὑπογρά-
ψαι." ὁ δὲ μακάριος πρὸς αὐτοὺς "κοινωνήσατε μέν, ἵνα μὴ
σχίσητε τὴν ἐκκλησίαν, μὴ ὑπογράψητε δέ· οὐδὲν γὰρ ἐμαυτῷ
σύνοιδα ἄξιον καθαιρέσεως." εἶχε δὲ μαθητὰς ἐπισκόπους μὲν
Πρόκλον καὶ Παλλάδιον καὶ Βρίσωνα καὶ Θεοδώρητον, ἀσκητὰς
δὲ Μάρκον καὶ Νεῖλον καὶ Ἰσίδωρον τὸν Πηλουσιώτην. ὁ δὲ
μέγας Ἐπιφάνιος Κύπρου ἐν τῷ Ἑβδόμῳ ἐλθὼν χειροτονίας καὶ P 332
συνάξεις παρὰ τὴν Ἰωάννου γνώμην ἐποίησε. καὶ τοῦ Ἰωάννου
τούτῳ συγχωρῆσαι θελήσαντος, καὶ προτρεψαμένου αὐτὸν συμ-
βῆναι αὐτῷ εἰς τὴν ἐπισκοπικὴν καταγωγήν, οὐχ εἵλετο τοῦτο
ποιῆσαι Ἐπιφάνιος· ταῖς γὰρ ὑπὸ Θεοφίλου διαβολαῖς προκατεί-
ληπτο. ὁ γοῦν ἀοίδιμος Ἰωάννης ἐπισκοπεύσας ἔτη πέντε καὶ

non concedens ut Ioannes urbe pelleretur. ceterum Eudoxia lamentis populi flexa misso Brisone eunucho Ioannem Pronecto revocat; qua re territi Theophilus et eius conspirationis populares fuga salutem quaesiverunt. 60 autem episcopi inventi sunt qui convenirent et acta in Quercu rescinderent Ioannique episcopatum iustis sententiis adiudicarent. novorum inde odiorum atque irarum materiam praebuerunt argentea Eudoxiae statua et vinea viduae. rursusque orationem habuit Chrysostomus, cuius initium "rursum Herodias furit." inde qui ab ipsius stabant partibus episcopi, praevidentes fore ut relegaretur, ad eum convenerunt, multoque cum fletu dixerunt "cogimur, domine, qui ecclesias obtinemus, participes fieri decreti adversum te, eique subscribere." respondit Ioannes "estote participes, ne discerpatis ecclesiam. subscribere autem nolite: nullius enim mihi rei sum conscius, qua meruerim episcopatu deiici." discipulos habuit qui episcopi fuerunt, Proclum et Palladium et Brisonem et Theodoretum, qui monachi, Marcum Nilum et Isidorum Pelusiotam. interim Epiphanius magnus Cypri episcopus Hebdomum venit, ac contra Ioannis sententiam coetus egit ac suffragia accepit. cui cum Ioannes cedere vellet, hortareturque eum ut ad se in episcopales aedes commigraret, Epiphanius renuit, praeoccupatus Theophili calumniis. proinde Chrysostomus, cum episcopatum

ἥμισυ ἐξωρίσθη εἰς Κουκουσόν· κἀκεῖθεν μετὰ ἔτη γ' καὶ μῆνας β' μετενεχθεὶς εἰς Πιτυοῦντα, καὶ γενόμενος κατὰ πάροδον ἐν Κομάνοις ἐτελεύτησεν ἐν πολλῇ θλίψει τε καὶ κακώσει, ὑπάρχων ἐτῶν πεντηκονταδύο. ὁ δέ γε πάπας Ῥώμης Ἰννοκέντιος ἀκούσας B τὴν ἐν ἐξορίᾳ τελευτὴν αὐτοῦ γράφει πρὸς Ἀρκάδιον τοιάδε "φωνὴ αἵματος τοῦ ἀδελφοῦ μου Ἰωάννου βοᾷ πρὸς τὸν θεὸν κατὰ σοῦ, βασιλεῦ, ὥς ποτε Ἄβελ τοῦ δικαίου κατὰ τοῦ ἀδελφοκτόνου Κάϊν. καὶ πάντως ἐκδικηθήσεται παντοίῳ τρόπῳ, ὅτι διωγμὸν ἄδικον κατὰ τῆς ἐκκλησίας τοῦ θεοῦ καὶ τῶν ἱερέων αὐτοῦ συνεστήσω, καὶ ἐξέωσας τὸν μέγαν τῆς οἰκουμένης φωστῆρά τε καὶ διδάσκαλον ἐκ τοῦ θρόνου τῆς ἐπισκοπῆς αὐτοῦ παρανόμως τε καὶ ἀκρίτως, συνδιώξας αὐτῷ καὶ τὸν Χριστόν. ἡ δὲ νέα Δαλιλὰς Εὐδοξία, κατὰ μικρὸν τῷ ξυρῷ τῆς ἀπάτης ξυρήσασά σε, κατάραν ἐπήγαγεν ἑαυτῇ καὶ μῖσος, ἔνδικόν τε καὶ ἀνεξάλειπτον δεσμεύσασα φορτίον C ἁμαρτημάτων δυσβάστακτον, καὶ προσθεῖσα τοῖς πρώην αὐτῆς δεινοῖς καὶ πολλοῖς ἁμαρτήμασιν." ὁ δὲ μέγας Ἰσίδωρος πρός τινα γράφων οὕτως φησίν "ἐρωτᾷς τὴν περὶ τὸν θεσπέσιον Ἰωάννην τραγῳδίαν, ἀλλὰ φράσαι ταύτην ἀπορῶ· νικᾷ γὰρ τὸν νοῦν ἡ μέθη τοῦ πράγματος. μικρὰ δὲ μάνθανε, ἅπερ ἡ Αἴγυπτος ἠγνόησε, Μωϋσέα μὲν παραιτουμένη, τὸν δὲ Φαραὼ οἰκειουμένη, τοὺς ταπεινοὺς μαστίζουσα καὶ τοὺς κοπουμένους θλίβουσα, πόλεις οἰκοδομοῦσα καὶ τοὺς μισθοὺς ἀποστεροῦσα. καὶ μέχρι νῦν τούτοις ἐμμελετῶσα, τὸν χρυσομανῆ καὶ χρυσολάτρην προ-

annos quinque et bessem gessisset, in Cucusum est relegatus, atque inde post triennium et duos menses Pityuntem; cumque obiter Comana venisset, mortuus est ibi in magnis calamitatibus, annos natus quinquaginta duos. at papa Romanus Innocentius, Ioannis in exsilio morte percepta, in hanc sententiam ad Arcadium scripsit. "vox sanguinis fratris mei Ioannis contra te, imperator, deum appellat, quomodo olim Abeli iusti sanguis adversus Cainum fratricidam. dabis autem omnino poenas, qui iniustam adversus ecclesiam dei persecutionem molitus es et contra eius sacerdotes, expulistique solio episcopatus sui iniuste et indicta causa deturbatum magnum orbis terrarum illuminatorem ac doctorem, unaque cum eo Christum abegisti. nova autem ista Dalila Eudoxia, quae te paulatim novacula imposturae rasit, diris se ipsam exsecrationibus subiecit atque odio iusto et sempiterno. ea fascem peccatorum gestatu difficillimum colligavit, eumque pristinis suis gravibus ac plurimis peccatis superaddidit." magnus autem Isidorus cuidam scribens "quaeris" inquit "tragoediam beati Chrysostomi? atqui eam verbis explicare non possum; ebrietas enim facti mentem superat. audi tamen pauca Aegyptiae ignorationis facinora. Mosen repudiavit, Pharaonem adscivit: humiles flagellat, et labore attritos affligit; urbes exstruit, mercede defraudat; atque in hunc usque diem his studiis intenta Theo-

βαλομένη Θεόφιλον τέσσαρσι συνεργοῖς καὶ συναποστάταις ὀχυρωθέντα, τὸν ὄντως θεοφιλῆ καὶ θεολόγον κατεπολέμησεν ἄνθρω- D πον, τὴν περὶ τὸν ἐμὸν ὁμώνυμον ἀπέχθειαν καὶ δυσμένειαν ὁρμητήριον τῆς οἰκείας εὑρηκότα σκληρότητος. ἀλλ' ὁ μὲν οἶκος Δαβὶδ κραταιοῦται καὶ πορεύεται, ὁ δὲ οἶκος Σαοὺλ ἀσθενεῖ καὶ καταισχύνεται καὶ συμποδίζεται, καθὼς ὁρᾷς, εἰ καὶ τῆς ζάλης ὑπεξῆλθεν ὁ ἄνθρωπος τοῦ θεοῦ στεφανίτης καὶ νικηφόρος, καὶ πρὸς τὴν ἄνω γαλήνην μετεχώρησεν."

Ὑποστρέφοντος δὲ Ἐπιφανίου ἐν Κύπρῳ, καὶ τὴν ἑαυτοῦ τελευτὴν παρὰ θεοῦ μεμαθηκότος πλησιάζουσαν, λέγεται εἰρηκέναι τοῖς αὐτὸν παραπέμπουσι "σπεύδω ἐγώ, σπεύδω, ἀφίημι δὲ ὑμῖν τὰ βασίλεια καὶ τὴν πόλιν καὶ τὴν ὑπόκρισιν." ὅς γε καὶ P 333 Ἰωάννου τὴν ἐν ἐξορίᾳ τελευτὴν καὶ νίκην ἐδήλωσεν, καὶ Ἰωάννης ὁμοίως Ἐπιφανίῳ τὴν ἐν τῷ πλοίῳ κοίμησιν, ἐκ θείας ἐπιπνοίας ταῦτα προμυηθέντες οἱ μακάριοι, ἵνα μή τις ἔχθραν ἔχειν αὐτοὺς κατ' ἀλλήλων ὑποτοπάσειεν. οὐ γὰρ ἂν οἱ τοιοῦτοι θεηγόροι καὶ θεοφιλεῖς ἄνθρωποι καὶ διδάσκαλοι καὶ τοῦ εἰρηνοποιοῦ Χριστοῦ μαθηταὶ γνήσιοι, τοῦ φάσκοντος "ἐν τούτῳ γνώσονται πάντες ὅτι μαθηταί μού ἐστε, ἐὰν ἀγάπην ἔχητε μετ' ἀλλήλων," ἔχθραν καὶ κακίαν ἔχοντες ἐτελεύτησαν. ἄπαγε· εἰ γὰρ καὶ μικρὸν σκάνδαλον τὸ προρρηθὲν γέγονε μεταξύ, τὴν ἀνθρωπίνην ἀσθένειαν ἔλεγχον πρὸς ὀλίγον, ἀλλ' οὖν γε θᾶττον εἰς τὴν κορυ- B φὴν τῶν ἀρετῶν ἤχθησαν τὴν ἀγάπην, περὶ ἧς λέγει Παῦλος ὁ

philum auri insano amore atque cultu occupatum produxit, quattuor sociis flagitii atque desertionis stipatum, horumque opera vere deo carum et eius insignem cognitione virum debellavit; qui arcem suae duritiei invenit odium ac malevolentiam adversus mihi cognominem. verum enimvero domus Davidica confirmatur et crescit, Sauli autem infirmatur et pudefit atque impeditur, ut vides, tametsi homo dei tempestati ei subductus est, victorque et coronatus caelestem adiit tranquillitatem."

Epiphanius in Cyprum reversus, cum a deo esset monitus sibi finem vitae instare, fertur iis qui ipsum comitati fuerant dixisse "festino ego, festino. relinquo autem vobis imperium et urbem et fabulae actionem." simul etiam iis Ioannis in exsilio victoriosam mortem exposuit; et similiter Ioannes Epiphanio in navi finem vitae indicavit, divino afflatu beati de iis praemoniti, ne quis eos inimicitiam inter se exercuisse putaret. absit enim ut dei praecones atque cultores isti atque populi doctores, pacificique servatoris discipuli genuini, qui dixerat (Ioan. 13) "hoc indicio universi intelligent vos esse meos discipulos, si invicem dilexeritis," odium aut malevolentiam usque ad finem vitae conservaverint. nam tametsi exigua quaedam iis offensa intervenit, humanae imbecillitatis argumentum, tamen mox ad caritatem, virtutum fastigium, sese rettulerunt, de qua apostolus Paulus dicit (1 Cor. 13) "caritas ad

ἀπόστολος "ἡ ἀγάπη μακροθυμεῖ, χρηστεύεται, οὐ παροξύνεται, οὐ λογίζεται τὸ κακόν" καὶ ὅτι ὁ θεὸς ἀγάπη ἐστί, καὶ ὁ μένων ἐν τῇ ἀγάπῃ ἐν τῷ θεῷ μένει.

Μετὰ δὲ τὴν Ἰωάννου τελευτὴν ἐπίσκοπός τις ἅγιος, Ἀδελφιὸς ὄνομα αὐτῷ, ἔλεγεν ὅτι λύπην εἶχον ἀφόρητον, διότι ὁ τοιοῦτος ἀνήρ, ὁ τῆς οἰκουμένης διδάσκαλος, ὁ τοῖς λόγοις εὐφράνας τὴν ἐκκλησίαν τοῦ θεοῦ, ἔξω τοῦ θρόνου αὐτοῦ ἐκοιμήθη. ἐδεόμην οὖν τοῦ θεοῦ μετὰ πολλῶν δακρύων ἵνα δείξῃ μοι αὐτόν, ἐν ποίᾳ καταστάσει ἐστί, καὶ εἰ μετὰ τῶν πατριαρχῶν ἐτάγη. ἐπὶ C *πολὺν οὖν χρόνον τοῦτο εὐχόμενος ἐν μιᾷ γίνομαι ἐν ἐκστάσει καὶ θεωρῶ ἄνδρα τινὰ πάνυ εὐειδῆ, κρατήσαντά με τῆς δεξιᾶς χειρός, ὃς ἀπαγαγών με εἰς τόπον λαμπρὸν καὶ ὑπερένδοξον ἐδείκνυέ μοι τοὺς τῆς ἐκκλησίας διδασκάλους. ἐγὼ δέ, φησί, περιεσκόπουν ἰδεῖν ὃν καταθυμίως εἶχον, τὸν μέγαν Ἰωάννην, τὸν ἐμὸν ἀγαπητόν. ὡς οὖν ἔδειξέ μοι πάντας καὶ ἑκάστου τὸ ὄνομα εἶπε, κρατήσας με πάλιν τῆς χειρὸς ἐξήγαγέ με ἔξω. ἐγὼ δὲ λελυπημένος ἠκολούθουν αὐτῷ, μὴ ἑωρακὼς μετὰ τῶν πατέρων τὸν ἐν ἁγίοις Ἰωάννην. ὡς οὖν ἐξηρχόμην, ὁ ἐφεστὼς τῇ θύρᾳ ἐπισχών με λέγει μοι "οὐδεὶς εἰσερχόμενος ὧδε λυπούμενος ἔνθεν* D *ἐξέρχεται." τότε λέγω αὐτῷ "αὕτη μοί ἐστι λύπη, ὅτι τὸν προσφιλέστατόν μοι Ἰωάννην τὸν ἐπίσκοπον Κωνσταντινουπόλεως οὐχ ἑώρακα μετὰ τῶν ἄλλων τῆς ἐκκλησίας διδασκάλων." ὁ δὲ πάλιν λέγει μοι "Ἰωάννην τὸν τῆς μετανοίας λέγεις;" λέγω αὐτῷ ναί. ὁ δὲ ἀποκριθεὶς λέγει μοι "ἄνθρωπος ἐκεῖνον ἐν σαρκὶ ὢν*

iram tarda est, benigna est, non irritatur, non reputat malum." item (1 Ioan. 4) "deus est caritas: qui in caritate permanet, is in deo permanet."

Mortuo Chrysostomo sanctus quidam episcopus, nomine Adelphius, cum, ut quidem ipse refert, incredibilem dolorem ex eo cepisset quod tantus vir, orbis terrarum doctor ac qui suis sermonibus ecclesiam dei exhilaraverat, extra suum episcopatum obiisset, multo cum fletu a deo postulavit ut eum sibi ostenderet, quo statu esset et utrum inter patriarchas relatus. tum aliquando extra se raptus virum vidit insigni pulchritudine, qui dextra manu apprehensum abduxit in locum quendam splendidum ac maiestatis plenum, ibique ei doctores ecclesiae ostendit. ego autem, inquit Adelphius, circumferebam oculos meos, sicubi cernerem desideratum a me Chrysostomum. verum ille omnibus mihi singulatim demonstratis nominibusque indicatis, rursus me manu correptum eduxit. ego eum sequebar moestus, quod sanctum Chrysostomum inter patres non vidissem. egredientem me ianitor inhibuit, dicens neminem qui huc intrasset, tristem egredi. respondi hanc mihi tristitiae causam esse, quod carissimum mihi Ioannem Cpolitanum episcopum inter reliquos ecclesiae doctores non vidissem. tum ille "Ioannemne" ait "dicis poenitentem?" affirmanti "homo" inquit "in carne adhuc degens vi-

ἰδεῖν οὐ δύναται· ἐκεῖ γὰρ παρίσταται ὅπου ὁ θρόνος ὁ δεσποτικός ἐστιν." οὕτως ὁ τρισμακάριστος Ἰωάννης μετὰ μυρίους κόπους καὶ πόνους τὸν βίον διανύσας πρὸς τὴν οὐράνιον μετέστη μακαριότητα, ζήσας ἔτη νβ' τὰ πάντα. ἐν δὲ τῇ ἐξορίᾳ αὐτοῦ τὴν ἐκκλησίαν ὁ λαὸς τῆς πόλεως ἐνέπρησεν. ὡς δὲ ἄλλοι φασίν, ὅτι πῦρ ἐξελθὸν ἐκ τοῦ θυσιαστηρίου πάντα κατέκαυσε. καὶ πολ- P 334
λοὶ ὑπὲρ Ἰωάννου ἐκινδύνευσαν. διαδέχεται δὲ τὸν Χρυσόστομον Ἀρσάκιος.

Τῷ δ' αὐτῷ ἔτει τελευτᾷ καὶ ἡ Εὐδοξία, ἥτις συνήφθη πρὸς γάμον τῷ βασιλεῖ Ἀρκαδίῳ καὶ πολλῶν κακῶν αὐτῷ πρόξενος ἐγεγόνει, βάρβαρος οὖσα γυνὴ καὶ θρασυκάρδιος. παῖδας δὲ ἔσχεν ἐξ αὐτῆς Πουλχερίαν, εἶτα Φαλκίλλαν Ἀρκαδίαν τε καὶ Μαρῖναν, αἳ ἀπείρατοι γάμων κατὰ τοὺς χρόνους ἀπεβίωσαν· καὶ σὺν αὐταῖς γεννᾷ Θεοδόσιον ὕστατον, ὃς καὶ διεδέξατο τὴν τοῦ πατρὸς βασιλείαν. μετὰ παραδρομὴν δὲ λε' ἐτῶν ἐπανήχθη ὁ μέγας Χρυσόστομος ἀπὸ Κομάνων, δικαίᾳ χρησαμένου σπουδῇ Πρόκλου τοῦ τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἐπισκόπου.

Ἡ δὲ Εὐδοξία οὐκ εἰς μακρὰν τετελευτήκει, καθὼς λέλε- B
κται, τρεῖς καὶ μόνους αὐτῷ ἐπιβιώσασα μῆνας. ἐγκύου γὰρ οὔσης αὐτῆς καὶ πρὸς αὐτὸ τὸ τεκεῖν ἤδη ἐπειγομένης τέθνηκε τὸ βρέφος ἐν τῇ γαστρὶ αὐτῆς, καὶ ἀρξαμένης ὠδίνειν οὐκ ἤρχετο τὸ βρέφος πρὸς τοκετόν, ἀλλ' ἔμενεν ἔνδον νενεκρωμένον ἐπὶ ὅλας ἡμέρας τέσσαρας. τούτου τοίνυν σαπέντος ἀπέστη καὶ ἡ γαστήρ, καὶ διέξοδος τοῦ ἐμβρύου καὶ τῶν πόνων λύσις οὐκ ἦν. ἀνθρώπου δέ τινος ἐπιθέντος αὐτῇ γραμμάτιον γεγοητευμένον εὐθέως

dere eum nequit: adstat enim iste solio dominico." sic ergo beatissimus Ioannes, infinitis aerumnis atque laboribus defunctus, caelestem adiit felicitatem. vixit annos 52. exsulante eo populus templum urbis incendit. alii igne ab ara egresso conflagrasse dicunt. multi Ioannis causa pericula adiverunt. Chrysostomo succedit Arsacius.

Eodem anno Eudoxia etiam moritur, uxor Arcadii multorumque ei malorum causa, mulier barbara et ferox. habuit ex ea liberos Pulcheriam Falcillam Arcadiam et Marinam, quae caelibes longo vixerunt tempore, praeterea Theodosium ultimum, qui post patrem imperium excepit. elapsis annis triginta quinque Chrysostomi corpus Comanis in urbem reportatum est, iustam adhibente diligentiam Proclo Cpolis episcopo.

Eudoxia autem, sicuti commemoravi, non multo post mortua est, cum supervixisset Ioanni tres solum menses. nam cum uterum ferret iamque partui esset vicina, foetus in utero exstinctus est; ac cum eum vellet eniti, id frustra fuit, totosque dies quattuor mortuus foetus in utero retentus computruit, atque uteri quoque abscessum effecit. cum neque exiret foetus et dolorum finis non esset, quidam ei literas ma-

ἐξήμβλωσε, καὶ σὺν τῇ ἀποβολῇ τοῦ ἐμβρύου συναπέῤῥηξε καὶ τὴν ἑαυτῆς ψυχὴν ἡ τριτάλαινα.

C Τῷ ιδ' ἔτει ἐν Ῥώμῃ ἐμυκήθη ἡ γῆ ἐπὶ ἡμέρας ἑπτά. τελευτᾷ δὲ καὶ Ἀρκάδιος, βιοὺς μὲν ἔτη λα', βασιλεύσας δὲ κς'· ὃς καὶ διετάξατο τῶν Περσῶν βασιλέα Ἰσδιγέρδην κήδεσθαι τοῦ παιδὸς Θεοδοσίου καὶ λαμβάνειν πρεσβεῖον χρυσίου λίτρας ἑκατοντάδας δέκα. ἐν δὲ τῇ αὐτοῦ τελευτῇ πάντας τοὺς κατ' αὐτὸν ὄντας ἀρίστους προαπέκτεινε διὰ τὸ μεῖζον εἶναι τὸ ἐκείνων φρόνημα, ἐν οἷς ἦν καὶ Ῥουφῖνος ὁ παρ' αὐτῷ μέγα δυνάμενος. ἐτέθη δὲ σῶμα αὐτοῦ ἐν τῷ ναῷ τῶν ἁγίων ἀποστόλων, ἐν τῇ μεσημβρινῇ στοᾷ, ἔνθα καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ Εὐδοξία.

Ὁ τοίνυν Ἰσδιγέρδης τὴν Ἀρκαδίου διαθήκην δεξάμενος Θεοδοσίῳ τὴν βασιλείαν εἰρηνικῶς διεσώσατο. καὶ Ἀντίοχόν τινα
D θαυμαστὸν καὶ λογιώτατον ἄνδρα ἐπίτροπον καὶ παιδαγωγὸν ἀποστείλας, γράφει τῇ συγκλήτῳ Ῥωμαίων φυλάττειν τὸ παιδίον ἀνεπιβούλευτον, ἵνα μὴ πόλεμον ἄσπονδον κατὰ Ῥωμαίων ἀνακινήσῃ. καὶ ἦν εἰρήνη μεταξὺ Ῥωμαίων καὶ Περσῶν μάλιστα τοῦ Ἀντιόχου πολλὰ ὑπὲρ Χριστιανῶν γράφοντος. καὶ οὕτως ἐπλατύνθη καὶ ἐν Περσίδι ὁ χριστιανισμός.

Θεοδόσιος ὁ μικρὸς βασιλεὺς Ῥωμαίων ὀρθόδοξος ἐβασίλευσεν ἔτη μβ' μῆνας β'· οὗ αὐτοκρατορήσαντος Πουλχερία ἡ τούτου ἀδελφή, παρθένος ιθ' ἐτῶν οὖσα, τὴν βασιλείαν καλῶς διῴκει, ἥτις Θεοδόσιον τὸν ἀδελφὸν εἰς τὴν κατὰ θεὸν εὐσέβειαν
P 335 ἐξεπαίδευσε καὶ εἰς τἆλλα ἅπαντα. ἦν δὲ τῷ σώματι μέσος τοῦ

gicas superposuit; qua re et statim eiecit mortuum foetum et simul animam miserrima efflavit.

Anno 14 Romae terra septem diebus mugiit. mortuus est etiam Arcadius, anno aetatis 31, imperavit annos 26. filio suo Theodosio tutorem constituit regem Persarum Isdigerdem, honorariumque ei destinavit 1000 argenti libras. praestantissimos autem suorum moriturus necari iussit, quod eorum essent altiores spiritus. inter hos fuit etiam Rufinus, qui plurimum apud imperatorem potuerat. sepultus est in templo apostolorum, in porticu meridiana, cum Eudoxia uxore.

Isdigerdes Arcadii testamento approbato, Theodosio imperium pacatum conservavit, misitque ei procuratorem et paedagogum Antiochum, virum praeclarum et doctissimum. scripsit etiam ad senatum Romanum uti puerum ab insidiis tutum praestarent, alioqui se Romanis bellum implacabile illaturum. ita pax inter Romanos atque Persas tum fuit, praecipue Antiocho multa pro Christianis scribente. atque hoc modo etiam in Persidem christianismus est propagatus.

Theodosius minor, recte de religione sentiens, imperium in Romanos tenuit annos 42, menses 2. initio imperium praeclare administravit soror eius Pulcheria, virgo aetate annorum 19. eaque fratrem cum religione Christiana tum aliis rebus instituit. fuit hic Theodosius sta-

εὐμήκους, ὄμματα ἐν κύκλῳ τῶν βλεφάρων μείζονα ἔχων, μέλανά τε καὶ ὀξὺ βλέποντα. ῥὶς λεπτὴ καὶ ὀρθή. μελίθριξ, πάσης παιδείας μετασχών, καὶ αὐτῆς ἀστρονομίας, ἱππεύειν τε καὶ τοξεύειν ἀσκηθεὶς πέραν τοῦ μετρίου, καὶ πολλὰς τῶν ἐν χερσὶ τεχνῶν δεξιότητι φύσεως ἀναμαξάμενος, οἷον γραφικὴν καὶ πλαστικὴν καὶ ἑτέρας πλείστας, μειλίχιος τὸν τρόπον καὶ εἰσάγαν ἐπιεικής. ὅθεν καὶ διαττ' καὶ πολλὰ τῶν κοινῶν διαπεσεῖν τῇ πρὸς τοὺς εὐνούχους κρατηθέντα αἰδοῖ. ἐπεὶ γὰρ τοῦ πατρὸς ἐκπεσὼν παρὰ Ἰσδιγέρδου Ἀντιόχου σταλέντος ὡς κηδεστοῦ ἐθήτευεν, εἶτα Εὐτρόπιον ἡγήσατο κύριον, μετ' αὐτὸν Λαῦσον καὶ Καλαπόδιον, καὶ πρὸς τούτοις Χρυσάφιος αὐτὸν κατεδουλώσατο. B πολλὰς δὲ ἐκκλησίας καὶ πτωχεῖα ξενῶνάς τε καὶ μοναστήρια ἡ Πουλχερία καταστήσασα πᾶσι τὰς ἁρμοδίους προσόδους βασιλικῶς ἀπένειμεν. ὁ δὲ Σωζομενός φησιν ὅτι καὶ θείας ἐμφανίας ἠξιοῦτο.

Τῷ β' ἔτει Ἀττικὸς ἐπίσκοπος Κωνσταντινουπόλεως Ἰουδαῖόν τινα παράλυτον νουθετήσας, πείσας τε καὶ βαπτίσας, ὑγιῆ ἐκ τῆς κολυμβήθρας ἐξήγαγε.

Τῷ γ' ἔτει Ὀνωρίου τῆς Ῥώμης βασιλεύοντος ἤτοι τῶν ἑσπερίων, ὄντος αὐτοῦ ἐν Ῥαβέννῃ, Θεοδοσίου δὲ ἐν Κωνσταντινουπόλει, ἐσφάγη Στελίχων ὁ λαμπρότατος ἐν Ῥαβέννῃ καὶ ἄλλοι C δυνάσται. ἦν δὲ πενθερὸς Ὀνωρίου καὶ τῶν ὅλων τῆς βασιλείας

7 *forte* διαβάλλεται margo P

tura mediocri, oculis palpebras superantibus, nigris et acute videntibus, naso tenui et recto, flavo crine. gnarus fuit omnium disciplinarum, atque etiam astronomiae; equitandi ac iaculandi supra modum peritus. multas etiam artes dexteritate naturae addidicerat, earum quae manibus tractantur, ut est pingendi, fingendi, aliasque complures. moribus fuit omnibus admodumque facilis. itaque culpatur ut qui ob verecundiam eunuchis subditus haud parum de re publica diminui passus sit. primo enim patre orbatus Antiocho ab Isdigerda tutoris loco misso servivit; inde sub Eutropio domino fuit; post Lausus Calapodius Chrysaphiusque eo pro mancipio abusi sunt. Pulcheria vero multa templa, pauperum multa et peregrinorum hospitia, ac monasteria etiam instituit, omniaque sufficientibus reditibus regia magnificentia ditavit. Sozomenus perhibet eam etiam divina visione dignatam fuisse.

Secundum Theodosio minore imperante annum Atticus Cpolis episcopus Iudaeum quendam luxatione membrorum affectum, cum persuadendo ad Christianam religionem perduxisset, baptizatum a se sanum lavacro eduxit.

Tertio anno Cpoli degente Theodosio, cum Honorius Romae imperium tenens et Occidentis Ravennae ageret, Stilico vir illustrissimus ibidem caesus est, socer Honorii ac totius imperii rebus praefectus,

πραγμάτων προϊστάμενος. παρελήφθη δὲ καὶ ἡ Ῥώμη ὑπὸ Ἀλαρίχου τοῦ Γότθου, τοῦ τῶν Οὐανδίλων ἐξάρχοντος, ἡ τοσαύτη καὶ τηλικαύτη καὶ παντὶ τῷ κόσμῳ περιβόητος, διαφυγοῦσα μὲν τὸ τοιοῦτον εἰς ἄπειρον εἰπεῖν τὸν αἰῶνα· χίλια γὰρ καὶ ἑκατὸν ἑξήκοντα ἔτη παρῳχήκει, ἐν οἷς αὐτὴν πειραθῆναι πολλῶν μειζόνων συνέβη πολεμίων. νυνὶ δὲ ἁλούσης τῷ πεπρωμένῳ διὰ τῆς τῶν κρατούντων εὐηθείας, εἴγε καὶ ἔστιν εἰπεῖν τι παρὰ τοῦτο γενέσθαι. οἱ δὲ Σκηπίωνα τὸν Ἀφρικανὸν ἐπικληθέντα φασίν,
D ὁπηνίκα καθῄρει τὰ τῆς Καρθαγένης τείχη, ἐπιδακρύσαντα εἰπεῖν ἐπὶ τῇ Ῥώμῃ τὸ Ὁμηρικὸν ἔπος ἐκεῖνο. "ἔσσεται ἦμαρ ὅταν ποτ' ὀλώλῃ Ἴλιος ἱρή." τοῦτο γοῦν εἰς πέρας ἤχθη, καὶ ἡ τοσαύτη τὸ κράτος, καὶ πάντα τὰ μέγιστα εὐπορήσασα καὶ πᾶσαν ὡς εἰπεῖν δουλωσαμένη τὴν οἰκουμένην, καθάπαξ ἠρήμωτο Ῥώμη. ἔπαθε δὲ τὴν τοιαύτην ἅλωσιν μηνὶ Αὐγούστῳ κϛ', ἰνδικτιῶνι θ', ἔτει ἀπὸ κτίσεως κόσμου ͵εϡξε'. ἀκουσθέντος δὲ τούτου ἐν Ῥαβέννῃ ἀπήγγειλέ τις τῷ Ὁνωρίῳ δακρυρροῶν καὶ ποτνιώμενος "ὦ δέσποτα, ἑάλω Ῥώμη ὑπὸ Ἀλαρίχου τοῦ τῶν Οὐανδίλων ἄρ-
P 336 χοντος." ὁ δὲ συσπασθεὶς καὶ τὼ χεῖρε κροτήσας ἔφη "ὧδε ἦν ἕως ἄρτι, καὶ πῶς παρελήφθη ὑπὸ τῶν Γότθων;" ὁ δὲ στενάξας εἶπεν "οὐ τὴν ὄρνιν λέγω, δέσποτα, ἀλλὰ τὴν πόλιν." ὁ δὲ ἀντέφη "ἐξέστησάς με, ἄνθρωπε· ἐγὼ ἐνόμιζον ὅτι τὴν ὄρνιθα λέγεις." εἶχε γὰρ ἀλεκτορίδα ἐφ' ᾗ ἠγάλλετο, ἥνπερ ἐκάλει Ῥώμην· τοσοῦτον περιῆν αὐτῷ τὸ τῆς ἀβελτηρίας, ἵνα μὴ λέγω

4 ὡς εἰπεῖν?

Mortuo Zenone Augusta senatus et exercitus Anastasio Silentiario imperium deferunt. fuit is in haeresi Acephalorum sive Synchyticarum, procerissimo corpore, oculis trucibus ac mediocriter caesiis, calvaster ac

ἄγει δὲ αὐτὸν ἐπὶ τὴν μοναρχίαν Οὐρβίκιος εὐνοῦχος, τότε μεγίστην παρὰ τῆς βασιλείας ἔχων δύναμιν. μετὰ δὲ τὴν ἀναγόρευσιν ἀπαιτεῖται ὁμολογίαν παρὰ Εὐθυμίου τοῦ πατριάρχου πρὸς τὸ μὴ σαλεῦσαί τι τῆς ἐκκλησίας καὶ τῆς πίστεως, ἀνάξιον αὐτὸν ἀποκαλῶν τῆς τῶν Χριστιανῶν βασιλείας. βιαζομένης δὲ αὐτὸν
B Ἀριάδνης καὶ τῆς συγκλήτου δίδωσιν αὐτοῦ τὸ ἰδιόχειρον τῷ πατριάρχῃ, κυροῦν τὰ τῆς ἐν Χαλκηδόνι συνόδου ὑπὲρ τῆς πίστεως δόγματα, καὶ οὕτω στεφθεὶς Ἀριάδνην ἄγεται εἰς γάμον, οὔπω πρότερον γαμετῇ συνοικήσας. ἐκράτησε δὲ ἔτη κζ' μῆνας δ'. ἐπὶ τούτου Μανιχαῖοι καὶ Ἀρειανοὶ ἔχαιρον, Μανιχαῖοι μὲν ὡς μητρὸς τοῦ βασιλέως ζηλωτρίας οὔσης καὶ προσφιλοῦς αὐτοῖς, Ἀρειανοὶ δὲ ὡς Κλέαρχον τὸν θεῖον αὐτοῦ, ἀδελφὸν τῆς κακόφρονος μητρὸς αὐτοῦ, ὁμόδοξον ἔχοντες.

Τούτου τῷ πρώτῳ ἔτει Εὐθύμιος ὁ Κωνσταντινουπόλεως, συναγαγὼν τοὺς ἐνδημοῦντας ἐπισκόπους, τὴν ἐν Χαλκηδόνι ἁγίαν σύνοδον ἐκύρωσε. τούτου τοῦ Ἀναστασίου τὸ τῆς βασιλείας
C σχῆμα λαβόντος ἐν τῷ τοῦ ἱπποδρόμου καθίσματι ἅπας ὁ δῆμος ὡς ἐξ ἑνὸς στόματος εὐθυβόλως ἐβόησεν "ὡς ἔζησας, οὕτω καὶ βασίλευσον, δέσποτα." πρὸ ᾠδῶν γὰρ ἀλεκτρυόνων εἰς ἐκκλησίαν φοιτῶν ἄχρι τῆς ἀπολύσεως ἵστατο ἐξιλεούμενος τὸ θεῖον, νηστεύων πολλὰ καὶ τὰ προσόντα αὐτῷ πένησι καὶ πτωχοῖς διαδιδούς. οὗτος τοὺς δηλάτορας ἐκ τῆς πόλεως τελείως ἐξέκοψεν. ἀφῆκε δὲ καὶ τὸ τέλος τοῦ λεγομένου χρυσαργύρου. ὁ δὲ χρυσάργυρος τοιοῦτόν τι πρᾶγμα ἦν· πᾶς πενόμενος καὶ προσαιτῶν

canus. ad imperium eum promovit Urbicius eunuchus, qui tum apud imperatricem plurimum poterat. cum designatus esset, Euthymius patriarcha ab eo exegit ut cautione data affirmaret se nihil in rebus ecclesiasticis et fide labefactaturum, indignum eum dicens qui Christianis imperaret. compulsus tandem ab Ariadna et senatu sua manu scriptam schedam patriarchae tradit, qua profitetur se Chalcedonensis concilii de fide decreta rata habere. ita demum coronatus Ariadnam uxorem ducit, cum hactenus vixisset caelebs. imperavit annos 27, menses 4. sub eius imperio Manichaeis et Arianis animi creverunt, Manichaeis, quod mater imperatoris ipsorum sectae studeret atque amica esset, Arianis, quod Clearchus imperatoris avunculus secum sentiret.

Primo eius anno Euthymius Cpolis episcopus, collectis qui tum in urbe degebant episcopis, synodum Chalcedonensem confirmavit. cum Anastasius imperatorio habitu sumpto in Circo sederet, universus populus veluti uno ore directe inclamavit "sicut vixisti, ita etiam impera, domine." quippe ante galli cantum templum adire solebat, ibique dum concio dimitteretur, adstabat deum placans. frequenter ieiunabat, et sua pauperibus et mendicis erogabat. idem delatores funditus ex urbe excidit. abolevit etiam tributum quod Chrysargyrum dicebatur, quasi

καὶ πᾶσα πόρνη καὶ ἀπολελυμένη καὶ πᾶς δοῦλος καὶ ἀπελεύθερος συνεισφορὰν ἐποιοῦντο κοινὴν πρὸς τὸ δημόσιον ὑπὲρ οὔρου καὶ D κοπρίας κτηνῶν τέ καὶ κυνῶν τῶν ἐν ἀγροῖς καὶ πόλεσι διατριβόντων· καὶ ὁ μὲν ἄνθρωπος νόμισμα ἀργυροῦν συνεισέφερεν, ὁμοίως καὶ ἡ γυνή, ἵππος δὲ καὶ ἡμίονος καὶ βοῦς τὸ αὐτὸ συνεισέφερον, ὄνος δὲ καὶ κύων φόλλεις ἕξ. καὶ ἦν ὀδυρμὸς πολὺς ἔν τε χώρᾳ καὶ πόλει τούτων εἰσπραττομένων ἀσυμπαθῶς. πρέσβεις τοίνυν δεξάμενος ὁ βασιλεὺς ὑπὸ τῶν ἐν Ἱεροσολύμοις μοναχῶν, καὶ Τιμοθέου τοῦ Γαζαίου ἀνδρὸς τὰ πάντα σοφοῦ τραγῳδίαν ποιήσαντος ὑπὲρ τοῦ τοιούτου, ταῦτα ἐξέκοψε. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν χρόνον καὶ περίβλεπτον φιλοτιμίαν τῆς πολυταλάντου καὶ πανώλου εἰσφορᾶς τοῦ καλουμένου τετραετηρικοῦ χρυσαργύρου κατέλυσεν ὁ βασιλεύς, καὶ πυρὶ ἐν τῷ ἱπποδρόμῳ ἐναντίον πάντων κατέ- P 358 καυσε τὰ τῆς τοιᾶσδε συντελείας κατάγραφα. καὶ τὰ μὲν πολιτικὰ φιλοτίμως οὕτως ἐπηνωρθοῦτο, εἰς δὲ τὰ εἰς τὴν τοῦ θείου δόξαν συντείνοντα δριμὺς καὶ ἀδυσώπητος γέγονε· τῷ γὰρ δευτέρῳ ἔτει αὐτοῦ μετὰ βίας τὴν ὁμολογίαν αὐτοῦ παρὰ Εὐθυμίου ἔλαβε.

Τῷ ε΄ ἔτει τοὺς τυράννους διὰ Ἰωάννου τοῦ Σκήθους παρέλαβεν. Εὐθυμίῳ δὲ τῷ ἐπισκόπῳ, ἐχθρῷ αὐτοῦ ὄντι διὰ τὴν πίστιν, ἐδήλωσεν "αἱ εὐχαί σου αἱ μεγάλαι τοὺς φίλους σου ἠσβόλωσαν." τοῦτόν τε καθαιρεῖ καὶ εἰς ἐξορίαν παραπέμπει. Μακε-

2 τὸν P 8 ἀπό?

surrergentum dicas. id tale fuit. quivis mendicus, quaevis meretrix, quaevis repudiata, quivis servus, quivis libertus, aerario aliquid pendebant, atque etiam de mulo, de fimo, de iumentis et canibus in urbe et rure degentibus. homo, sive mas esset sive femina, nummum argenteum pendebat: tantundem equus bos et mulus. asinus autem et canis obolos sex, et erat cum in agris tum in urbe magnus eiulatus, cum id tributum absque ulla miseratione exigeretur. itaque imperator, cum ea de re legatos ad eum misissent monachi Hierosolymitani, et Timotheus Gazaeus vir sapientissimus tragoediam ea de re finxisset, excidit ista. atque eo sane tempore illustrem suam fecit liberalitatem, quod tributum illud quadriennale, quod magna cum omnium pernicie ingentem talentorum corradebat numerum, et Chrysargyrum appellabatur sustulit, tabulasque eius tributi descriptionem continentes in Circo omnes coram toto populo concremavit. ac rem publicam quidem ille tanta magnificentia emendabat. sed in rebus ecclesiasticis idem asperum se atque inverecundum praebuit: quippe anno imperii sui secundo vi suam obligationem ab Euthymio repetiit.

Quinto anno tyrannos opera Ioannis Scethis domuit. Euthymio quoque episcopo, sibi religionis causa adverso, haec nuntiavit: "magnae tuae precationes amicos tuos fuligine consperserunt." eundem episco-

B δόνιον δὲ προχειρίζεται ἐπίσκοπον Κωνσταντινουπόλεως. ὁ δὲ κακῶς πεισθεὶς τῷ Ἀναστασίῳ ὑπέγραψε τῷ ἑνωτικῷ Ζήνωνος.

Τῷ η′ ἔτει Μακεδόνιος γνώμῃ τοῦ βασιλέως ἑνῶσαι τὰ μοναστήρια τῆς βασιλίδος ἔσπευδεν, ἀποσχισθέντα διὰ τὸ ἑνωτικὸν Ζήνωνος. καὶ τοὺς ἐνδημοῦντας ἐπισκόπους συναγαγὼν τὰ ἐν Χαλκηδόνι καλῶς δογματισθέντα ἐγγράφως ἐβεβαίωσε. Θευδέριχος δὲ ὁ Ἄφρος διάκονον ἔχων ὀρθόδοξον, πάνυ ἀγαπώμενον ὑπ' αὐτοῦ, μεταθέμενον δὲ εἰς ἀρειανισμὸν χαριζόμενον Θευδερίχῳ ἀρειανίζοντι, ἀπέτεμε ξίφει, εἰπὼν "εἰ τῷ θεῷ τὴν πίστιν
C οὐκ ἐφύλαξας, ἐμοὶ πῶς φυλάξεις;"

Τῷ ι′ καὶ ια′ ἔτει γέγονε πάλιν Σαρακηνῶν ἐπιδρομὴ ἔν τε Φοινίκῃ καὶ Συρίᾳ, καὶ οἱ Βούλγαροι τῷ Ἰλλυρικῷ καὶ τῇ Θρᾴκῃ ἐπιτρέχουσι.

Τῷ ιβ′ ἔτει σπένδεται πρὸς Ἀρέθαν Ἀναστάσιος, καὶ λοιπὸν πᾶσα ἡ Παλαιστίνη καὶ Ἀρραβία καὶ Φοινίκη πολλῆς γαλήνης καὶ εἰρήνης ἀπήλαυον. ἐν Νεοκαισαρείᾳ δὲ μέλλοντος γίνεσθαι σεισμοῦ στρατιώτης ὁδεύων εἶδε δύο στρατιώτας ἐπ' αὐτὸν ἰόντας, καὶ ὄπισθεν ἄλλον κράξαντα "φυλάξατε τὸν οἶκον ἐν ᾧ ἡ θήκη Γρηγορίου ἐστί." γενομένου δὲ τοῦ σεισμοῦ τὸ πλεῖστον μέρος τῆς πόλεως ἐπτώθη, πλὴν τοῦ ναοῦ τοῦ ἁγίου Γρηγορίου.

D Τῷ τρισκαιδεκάτῳ ἔτει Καβάδης ὁ Περσῶν βασιλεὺς ἐκστρατεύσας Ἄμιδα τὴν πόλιν πορθεῖ.

patu deiectum relegavit, episcopatui Macedonium praefecit. hic in gratiam imperatoris Henoticum Zenonis subscriptione sua approbavit.

Anno 8 Macedonius de sententia Anastasii unire conatus est monasteria regiae urbis, divulsa ab unione propter Henoticum Zenonis; et coactis qui in urbe tum peregrinabantur episcopis, Chalcedonensis concilii decreta scripto rata se habere confirmavit. Theodoricus porro Afer cum ministrum haberet sibi percarum et rectae religionis professorem, cum is in domini gratiam a fide ad Arianismum se transtulisset, caput homini amputavit, quod diceret eum qui deo fidem non servasset, non facile sibi fidelem fore.

Annis 10 et 11 rursum Saraceni in Phoeniciam et Syriam et Bulgari in Illyricum et Thraciam incursiones fecerunt.

Anno 12 Anastasius cum Aretha pacem componit; atque exinde in tota Palaestina Arabia et Phoenicia alta pax ac tranquillitas fuit. cum Neocaesareae immineret terrae motus, miles quidam iter faciens duos contra se ire milites vidit, aliumque a tergo clamantem "abstinete domo in qua est arca Gregorii." eo terrae motu cum maior urbis pars esset prostrata, aedes S. Gregorii incolumis mansit.

Anno 13 Cabades Persarum rex facta expeditione Amida urbem oppugnat.

Τῷ ιδ' ἔτει πολλοὶ πόλεμοι μετὰ Καβάδη γεγόνασι. τούτῳ τῷ ἔτει ἱππικοῦ γενομένου ἀταξία γέγονε τῶν δύο μερῶν, καὶ πολλοὶ ἀπέθανον ἐξ ἀμφοτέρων· ἐν οἷς καὶ ὁ υἱὸς τοῦ βασιλέως, ὃν εἶχεν ἀπὸ παλλακῆς. σφόδρα οὖν λυπηθεὶς ὁ βασιλεὺς πολλοὺς ἐτιμωρήσατο. τούτῳ τῷ ἔτει ἐχώνευσε πολλὰ χαλκουργήματα ἐξ ὧν ἔστησεν ὁ μέγας Κωνσταντῖνος, καὶ ἐποίησε τὴν ἰδίαν στήλην, καὶ ἔστησεν εἰς κίονα τοῦ Ταύρου· ἡ γὰρ πρώτη ἑστῶσα Θεοδοσίου τοῦ μεγάλου ἔπεσεν ἀπὸ τοῦ σεισμοῦ καὶ συνετρίβη. τότε καὶ P 359
ἀνήρ τις χειμευτής, ἐκ τῶν τῆς χείμης τεχνῶν εὐφυὴς ὢν ταῖς ἀπάταις ὀφθαλμοπλανῆσαι, ὑπεδείκνυεν ἀργυροπράταις καὶ ἑτέροις χεῖρας καὶ πόδας ἀνδριάντων καὶ ἕτερα εἴδη χρυσᾶ, λέγων θησαυρὸν εὑρηκέναι, καὶ πολλοὺς ἀπατήσας εἰς πενίαν ἤνεγκε. φήμης οὖν περὶ αὐτοῦ γενομένης κρατηθεὶς ἤχθη τῷ Ἀναστασίῳ. ὁ δὲ προσήνεγκεν αὐτῷ χαλινὸν ἵππου ὁλόχρυσον διὰ μαργαριτῶν· ὃν λαβὼν ὁ βασιλεὺς ἔφη "ὄντως σύ, εἰ καὶ πάντας ἠπάτησας, ἐμὲ οὐκ ἀπατήσεις." καὶ ἐξώρισεν αὐτὸν εἴς τι φρούριον, ἔνθα καὶ τελευτᾷ.

Τῷ ις' ἔτει ἀνεθεὶς τῶν πολέμων Μακεδόνιον τὸν πατριάρχην διαστρέψαι τῆς ὀρθῆς πίστεως ἔσπευδε. πολλοὶ δὲ τῶν ἐπι- B
σκόπων Ἀναστασίῳ χαριζόμενοι τῇ ἐν Χαλκηδόνι συνόδῳ ἀντέπιπτον. Μανιχαῖον δέ τινα ζωγράφον Συροπέρσην ἀπὸ Κυζίκου Ἀναστάσιος ἤγαγεν ἐν σχήματι πρεσβυτέρου, ὃς ἀλλότρια τῶν ἐκκλησιαστικῶν ἁγίων εἰκόνων ἐτόλμησε γράψας καὶ φασματώδη

23 γράψαι?

Anno 14 crebro bellum est cum Cabade gestum. eodem anno cum ederetur equestre certamen, tumultuantibus partibus multi utrinque sunt interfecti, interque eos imperatoris ex pellice filius. cuius dolore percitus imperator multos supplicio affecit. eodem anno multa aerea Constantini magni opera conflavit, suamque statuam inde confecit et in columna Tauri constituit: nam quae prius ibi posita fuerat Theodosii magni, ea terrae motu deiecta et comminuta fuit. tunc etiam vir quidam ex eorum numero qui chymicam artem profitentur, callidus oculos hominum impostura praestringere, argentariis aliisque obtulit manus pedesque statuarum et alia aurea, dicens se thesaurum repperisse; multosque ita deceptos ad paupertatem redegit. fama vulgata, captus et ad Anastasium adductus frenum equi ex solido auro conflatum ac margaritis consertum obtulit. sed imperator freno accepto "ut omnes" inquit "fefelleris, me profecto non decipies." statimque hominem in castellum quoddam relegavit, in quo is periit.

Anno 16 bellis exoneratus, conatus est Macedonium episcopum a recta fide avertere. multi tum episcopi in gratiam Anastasii Chalcedonense concilium impugnaverunt. adduxit etiam Anastasius Cyzico pictorem quendam Syropersam, habitu presbyteri, qui in regia iussu im-

ἐν τῷ παλατίῳ γνώμῃ τοῦ βασιλέως, χαίροντι τοῖς Μανιχαϊκοῖς· ὅθεν καὶ στάσις τοῦ λαοῦ γέγονε μεγάλη. Ἀσχόλιον δέ τινα ὁ Μακεδόνιος ἐν ἔχθρᾳ φονικῇ σπασάμενον κατ' αὐτοῦ μάχαιραν ἐξ ὑποβολῆς τῶν ἐχθραινόντων αὐτῆς, τοσοῦτον ἀπέσχε τοῦ μνησικακῆσαι ὥστε καὶ μηνιαίας αὐτῷ ἀννώνας προσέταξε λαβεῖν· πρᾷος γὰρ ἦν ὁ ἀνήρ. τοῦτο δὲ πρῴην καὶ εἰς ἱεροσυλίαν ἔπραξε.
C δύο τινῶν ἀμφισβητούντων ἐπισκόπων περὶ πίστεως, ὀρθοδόξου καὶ Ἀρειανοῦ, καὶ τοῦ μὲν Ἀρειανοῦ διαλεκτικοῦ ὄντος τοῦ δὲ ὀρθοδόξου εὐσεβοῦς καὶ πιστοῦ, ὁ ὀρθόδοξος προύτεινεν ὥστε ἀφεμένους τῶν λόγων εἰς πῦρ εἰσελθεῖν, καὶ οὕτω δειχθῆναι τὸν εὐσεβέστερον. τοῦ δὲ Ἀρειανοῦ τοῦτο παραιτησαμένου αὐτὸς εἰσῆλθε, καὶ ἐν μέσῳ τοῦ πυρὸς ἱστάμενος διελέγετο πᾶσιν, ἀβλαβὴς ὑπὸ τοῦ θεοῦ φυλαττόμενος.

Τῷ ιζ' ἔτει ἐτείχισε τὸ Δαράς, χωρίον ὂν τῆς Μεσοποταμίας μέγα καὶ ὀχυρόν, μέσον τῶν ὅρων κείμενον Ῥωμαίων τε καὶ Περσῶν. καὶ ἐποίησεν ἐκκλησίαν καὶ ὡρεῖα καὶ κινστέρνας καὶ ἐμβόλους καὶ δύο δημόσια λοετρά, ὀνομάσας αὐτὴν Ἀναστασιού-
D πολιν, καὶ ἔδωκεν αὐτῇ δίκαια πόλεως.

Τῷ κ' ἔτει Δευτέριος ὁ ἐπίσκοπος τῶν Ἀρειανῶν, βαπτίζων τινὰ Βάρβαρον λεγόμενον, παρὰ τὴν δεσποτικὴν παράδοσιν ἐτόλμησεν εἰπεῖν "βαπτίζεται Βάρβαρος εἰς ὄνομα πατρός, δι' υἱοῦ, ἐν ἁγίῳ πνεύματι." καὶ εὐθὺς ἐξηράνθη ἡ κολυμβήθρα, ὁ δὲ Βάρβαρος ἔμφοβος γενόμενος ἔφυγε καὶ πᾶσιν ἐγνώρισε τὸ θαῦμα. ἐν

peratoris (nam is Manichaicis nugis delectabatur) quaedam monstrosa et ab imaginibus ecclesiasticis aliena pingeret. ob id magna populi est coorta seditio. ceterum Macedonius tantum abfuit ut Ascholii iniuriam persequeretur, a quo stricto gladio fuerat inimicorum suorum instinctu petitus, ut menstruam ei porro annonam constituerit. erat enim vir mansuetus. atque eodem recens modo sacrilegum tractaverat. duobus episcopis de fide altercantibus, orthodoxo et Ariano, cum hic disserendi facultate polleret, ille pietate et fide fretus hanc Ariano condicionem tulit ut omissa disputatione in ignem sese darent, itaque uter ipsorum pietate praestaret, notum fieret. recusante Ariano ipse intravit ignem, et stans in medio eius verba ad multitudinem fecit, deo ipsum incolumem conservante.

Anno 17 Anastasius Daras, castrum Mesopotamiae magnum atque validum, in finibus Romani ac Persici imperii muniit; exstruxitque ibi templum et horrea et cisternas et rostra ac duo publica balnea. loco urbis privilegia dedit, et eam Anastasiopolin nominavit.

Anno 20 Deuterius episcopus Arianorum quendam nomine Barbarum baptizans, ausus est contra institutum domini sic dicere "baptizatur Barbarus in nomen patris per filium in spiritu sancto." ad quae verba statim exsiccatum est baptismi lavacrum. et Barbarus territus fugit,

τούτοις τοῖς ἔτεσιν ἡ τῶν αἱρετικῶν μετὰ Ἀναστασίου τοῦ βασιλέως κατὰ Μακεδονίου τοῦ ὀρθοδόξου Κωνσταντινουπόλεως ἐπισκόπου ἔνστασις γέγονεν· ὑφ' οὗ καὶ ἐξορίζεται Μακεδόνιος εἰς Εὐχάϊτα, P 360 καὶ εἰσάγεται ὁ ἀλιτήριος Τιμόθεος ὁ λεγόμενος Λιτροβόλης καὶ Κήλων.

Τῷ κβ' ἔτει Ἀναστάσιος ὁ παράνομος βασιλεὺς καὶ Τιμόθεος ὁ ἀνίερος ἐπίσκοπος Κωνσταντινουπόλεως πολλὰ κακὰ τοῖς ὑπὲρ τοῦ θαυμασίου Μακεδονίου καὶ τῆς συνόδου ἀγωνιζομένοις ἐνεδείξαντο. βουληθεὶς δὲ ὁ Ἀναστάσιος προσθεῖναι εἰς τὸ τρισάγιον τὸ ὁ σταυρωθεὶς δι' ἡμᾶς, πειθόμενος Σεβήρῳ τῷ ἀκεφάλῳ, τὸν λογοθέτην καὶ τὸν ἔπαρχον ἐν τῷ ἄμβωνι ἀνεβίβασε τοῦτο ἐκφωνῆσαι. διὸ γέγονε δημοτικὴ στάσις ἄλλον βασιλέα ἐπιβοωμένων. ἐμπρήσαντές τε πολλοὺς οἴκους, καὶ τὸν βασιλέα ὑβρίσαντες, ἦλθον εἰς τὴν μονὴν τοῦ ἁγίου Φιλίππου, πλησίον τῆς κιν- B στέρνης τοῦ ἁγίου Μωκίου, ἔνθα ἦν ἔγκλειστος φίλος τοῦ βασιλέως· καὶ τοῦτον φονεύσαντες ὡς ὑπὸ τοῦ βασιλέως ἀγαπώμενον, τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ ἐπὶ δόρατος ἀναρτήσαντες ἔκραζον "οὗτός ἐστιν ὁ φίλος τοῦ ἐχθροῦ τῆς ἁγίας τριάδος." ἀλλὰ καὶ γυναῖκα ἔγκλειστον, εἰς ἣν πολλὴν πίστιν εἶχεν ὁ βασιλεύς, ἀνελόντες ἔσυραν ἀμφοτέρους καὶ ἐν τῇ μονῇ τῶν Στουδίου ἔκαυσαν. ἐπὶ τούτοις ὁ βασιλεὺς φοβηθεὶς ἐπαύσατο πρὸς βραχὺ τῆς αἱρέσεως. τῷ αὐτῷ ἔτει Ἀλαμουνδάρου τοῦ φυλάρχου τῶν Σαρακηνῶν βαπτισθέντος θεοῦ προνοίᾳ παρὰ τῶν ὀρθοδόξων, Σεβῆρος ὁ δυσσεβὴς δύο ἐπισκόπους ἔπεμψε τῆς λώβης αὐτοῦ μεταδοῦναι C

miraculumque omnibus exposuit. his annis haeretici cum Anastasio Macedonium episcopum orthodoxum Cpolis adorti sunt, estque hic ab imperatore relegatus Euchaita; et pro eo substitutus flagitiosus ille Timotheus, qui Litroboles et Celon cognominatur.

Anno 22 imperator et Timotheus iste multa mala iis intulerunt qui pro Macedonio et Chalcedonensi concilio propugnabant. et Anastasius, ita persuasus a Severo qui ab haeresi Acephalorum erat, volens sanctissimo carmini apponere haec verba "qui crucifixus es pro nobis," logothetam et praefectum urbis iussit conscenso suggesto ea proclamare. ob hoc factum populus seditione excitata alium imperatorem poscere, ipsum contumeliis et conviciis exagitare, multas domos incendere; monachum in mansione S. Philippi, prope cisternam S. Mocii, inclusum, quod imperatori is carus erat, necare, capiteque eius hastae praefixo clamare "hic est amicus hosti sanctae trinitatis," et monacham, quam imperator maximi faciebat, iugulare; cadaver utrumque raptare et in Studii mansione cremare. his perterritus imperator haeresin aliquantisper desiit. eodem anno, cum Alamundarus Saracenorum princeps dei providentia baptizatus ab orthodoxis esset, impius Severus duos ad eum mittit episcopos, qui eum labe suae haereseos inficerent. quos ille ad-

τῷ ἀνδρί. οὓς θαυμαστῶς ἤλεγξε δραματουργίᾳ τοιαύτῃ. ἔφη γὰρ πρὸς αὐτοὺς "γράμματα" φησὶν "ἐδεξάμην σήμερον ὅτι Μιχαὴλ ὁ ἀρχάγγελος τέθνηκε." τῶν δὲ εἰπόντων ἀδύνατον εἶναι τοῦτο ἔφη πρὸς αὐτοὺς "καὶ πῶς θεὸς γυμνὸς ἐσταυρώθη καθ' ἡμᾶς καὶ ἀπέθανεν, εἰ μὴ δύο φύσεων ἦν Χριστός, εἴπερ μηδὲ ἄγγελος ἀποθνήσκει;" καὶ οὕτω μετ' αἰσχύνης ἀνεχώρησαν οἱ τοῦ Σεβήρου ἐπίσκοποι. Καβάδης δέ τινας τῶν ἐν Περσίδι Χριστιανῶν ἠγκυλοκόπησεν, οἳ μετὰ ταῦτα περιεπάτησαν.

Τῷ κγ' ἔτει Βιταλιανὸς παραλαβὼν πᾶσαν τὴν Θρᾴκην καὶ D Σκυθίαν καὶ Μυσίαν, ἔχων μεθ' ἑαυτοῦ πλῆθος Οὔννων καὶ Βουλγάρων, παρέλαβε καὶ πολλὰς πόλεις καὶ Κύριλλον τὸν στρατηγὸν Θρᾴκης, καὶ ἦλθε πραιδεύων ἕως Βυζαντίου. Ἀναστάσιος δὲ ἀπογνοὺς πέμπει πρὸς εἰρήνην, ὀμνύων σὺν τῇ συγκλήτῳ τοὺς ἐξορισθέντας ἀνακαλεῖσθαι καὶ Μακεδόνιον καὶ Φλαβιανὸν ἀπολαβεῖν τοὺς ἰδίους θρόνους, καὶ σύνοδον γενέσθαι ἐν Ἡρακλείᾳ, ἐρχομένου καὶ τοῦ Ῥώμης. βεβαιωσάντων δὲ πάντων ταῦτα γενέσθαι, ὁ Βιταλιανὸς ἀπῆλθεν εἰς τὰ ἴδια γενομένης εἰρήνης. ἐλθόντων δὲ ἐπισκόπων ἐν Ἡρακλείᾳ ὡσεὶ διακοσίων ἐκ διαφόρων τόπων, ὁ ἀσεβὴς βασιλεὺς παραβὰς τὰς συνθήκας μετὰ καὶ Τιμοθέου ἐπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τούτους ἐνέπαιξαν, καὶ ἀνεχώρησαν ἄπρακτοι.

P 361 Τῷ κδ' ἔτει ὁ Βιταλιανὸς ἀγανακτήσας κατὰ Ἀναστασίου διὰ τὴν ἐπιορκίαν πολλὰ κακὰ τοῖς στρατοπέδοις Ἀναστασίου καὶ

12 στρατιώτην P

mirabili commento refutavit. dixit enim iis eo ipso die sibi literas de morte Michaeli angelorum principis esse allatas. cumque responderent nullo eum modo potuisse mori, "quomodo autem" ait "nudus deus potuit crucifigi, quod vos affirmatis? et Christus non constitit ex duabus naturis? cum ne angelus quidem moriatur." ita cum dedecore Severiani illi discesserunt. Cabades autem quosdam in Perside Christianos uncis gladiis cum concidisset, ii nihilo secius postmodo obambulaverunt.

Anno 23 Vitalianus occupata universa Thracia Scythia et Mysia, ducens secum Hunnorum et Bulgarorum agmen, multas urbes et Cyrillum quoque Thraciae praefectum cepit, ac praedando Cpolin usque processit. tum Anastasius rebus suis deploratis pacem per legatos petit, iurans una cum senatu se relegatos revocaturum, Macedonio ac Flaviano suos episcopatus redditurum, concilium Heracleae acturum evocato etiam papa Romano. cum in has condiciones esset ab omnibus consensum, Vitalianus pace facta domum rediit. sed cum circiter 200 episcopi ex diversis partibus Heracleam convenissent, imperator impius violatis pactis, adiutore Timotheo Cpolitano episcopo, iis illusit; atque ii re nulla confecta discesserunt.

Anno 24 Vitalianus Anastasio ob periurium iratus exercitus eius et rem publicam multis damnis affecit: nam et praedabatur et milites ca-

τῇ λοιπῇ πολιτείᾳ ἐπεδείκνυτο, ἁρπάζων καὶ ἀφοπλίζων, καὶ τέλος πρὸς ὕβριν ἕκαστον στρατιώτην μιᾶς φόλλεως πιπράσκων.

Τῷ κε' ἔτει Οὖννοι οἱ λεγόμενοι Σαβὴρ, τὰς Κασπίας πύλας περάσαντες, τὴν Ἀρμενίαν ἐξέδραμον, Καππαδοκίαν τε καὶ Γαλατίαν καὶ Πόντον ληϊζόμενοι, ὡς καὶ τὰ Εὐχάϊτα μικροῦ παραστήσασθαι· ὅθεν καὶ φυγὼν ὁ ἱερὸς Μακεδόνιος σχεδὸν κινδυνεύων εἰς Γάγγραν διεσώθη. ὅπερ μαθὼν Ἀναστάσιος πικρῶς αὐτὸν ἐκεῖ προσέταξεν φυλάττεσθαι, πέμψας, ὥς φασιν, καὶ τὸν ἀναιρήσοντα αὐτόν. τελειωθεὶς δὲ ἐν Γάγγραις κατετέθη ἐν τῷ B ναῷ τοῦ ἁγίου μάρτυρος Καλλινίκου, πολλὰς ἰάσεις ἐπιτελῶν. μέλλοντος δὲ αὐτοῦ ἐν τῷ τάφῳ τίθεσθαι, ἄρας τὴν δεξιὰν χεῖρα κατεσφραγίσατο τῷ σταυρῷ, καὶ οὕτως κατετέθη. καὶ Θεοδώρῳ δέ τινι τῶν συνόντων εἶπεν ἐν ὁράματι "ἐκλαβοῦ, καὶ ἄπελθε, καὶ ἐπανάγνωθι Ἀναστασίῳ λέγων· ἐγὼ μὲν ἀπέρχομαι πρὸς τοὺς πατέρας μου, ὧν τὴν πίστιν τετήρηκα, οὐ παύσομαι δὲ ὀχλῶν τὸν δεσπότην μου, ἄχρις οὗ ἔλθῃς καὶ εἰς δίκην εἰσέλθωμεν." τούτῳ τῷ ἔτει Ἀλεξανδρεῖς πλεῖστοι, ἄνδρες καὶ γυναῖκες καὶ παιδία, δεινῶς πληγέντες ὑπὸ δαιμόνων ἀθρόως ὑλάκτουν. καθ' ὕπνους δέ τις εἶδέ τινα φοβερὸν λέγοντα ὅτι διὰ τοὺς ἀναθεματι- C σμοὺς τῆς συνόδου ταύτης πάσχουσι. τῷ δ' αὐτῷ ἔτει Ἀριάδνη ἡ βασιλὶς ἐτελεύτησεν. ἐπίσκοπον δέ τινα τῶν Οἰνιάνδων λεγόμενον ἀκούσας ὁ μιαρὸς Ἀναστάσιος ὡς εὐφυῶς διαλέγεται καὶ πάντας ἐπιστομίζει τοὺς τῷ δόγματι αὐτοῦ προσανέχοντας, προσ-

20 ταῦτα?

ptos exarmabat, tandemque contumeliae causa singulis obolis eos divendebat.

Anno 25 Hunni, qui appellantur Saberi, Caspis portis egressi Armeniam Cappadociam Galatiam et Pontum incursionibus vexarunt; parumque abfuit quin Euchaita etiam in suam potestatem redigerent. Macedonius quidem iam periculo proximus inde profugit et Gangram pervenit. Anastasius de hoc certior factus iussit eum rigide ibi custodiri, misso etiam (ita aiunt) percussore. sed Macedonius Gangrae mortuus in aede martyris Callinici humatus est, multosque a morte sua morbis liberavit. cum iam esset in sepulchro condendus, antequam id fieret, sublata dextra manu crucis signo sepulchrum obsignavit. idem Theodoro cuidam suorum familiarium per visionem dixit "excipe haec, et abi atque Anastasio recita. ego quidem Macedonius abeo ad patres meos, in quorum fide perstiti: interim tamen semper dominum interpellabo, dum tu quoque venias et causa nostra disceptetur." eodem anno Alexandreae viri plurimi, itemque mulieres et pueri, graviter a daemonibus verberati adsidue latrabant. in somnis autem cuidam terribilis quidam apparuit, dicens civibus haec ob damnationes in concilium editas accidere. eodem anno decessit Ariadna Augusta. impurus autem Anastasius episcopum quendam Oeniandum audiens disertum admodum esse, et qui ora

καλεσάμενος ἔφη "γενοῦ τῆς ἐμῆς μοίρας, θαυμασιώτατε, καὶ πᾶν ὅπερ αἰτήσεις παρ' ἡμῶν λήψῃ τάχιστα." ὁ δὲ πρὸς αὐτόν "σὺ μᾶλλον τῆς ὀρθοδόξου μοίρας γενοῦ, καὶ μὴ τῇ δόξῃ τῶν ἀσεβῶν Σεβήρου καὶ Εὐτυχοῦς καὶ Διοσκόρου ἑπόμενος κληρονομήσῃς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον." καὶ ταῦτα εἰπὼν ἐδράξατο τῆς χλαμύδος τοῦ βασιλέως, λέγων "τοῦτο τὸ ἱμάτιον οὐδαμῶς εἰς ᾅδου
D συγκαταβήσεταί σοι, βασιλεῦ, ἀλλὰ μόνη ἡ θεοσέβεια καὶ ἀρετῶν κτῆσις. ἄφες τὴν ἐκκλησίαν, ἣν ὁ Χριστὸς διὰ τοῦ ἰδίου αἵματος ἐξηγόρασεν. ἀμαθὴς εἶ καὶ ἀσυλλόγιστος. οὐδὲν τῶν τῆς ἐκκλησίας δογμάτων ἀκριβῶς ἐπίστασαι, ἀλλ' ἢ πλάναις καὶ βωμολοχίαις μορμολύττῃ τοὺς ἄφρονας. ἀρκοῦ, βασιλεὺς ὤν, εἰς τὸ σὸν ἀξίωμα, καὶ τοὺς τῶν ἐκκλησιῶν προστάτας μὴ κόλαζε." ὁ δὲ κατῃσχύνθη καὶ ἔμεινεν ἄφωνος. ὁ δέ γε σοφὸς ἐπίσκοπος πενέστατος ὢν οὐκ ἠθέλησε παρὰ τοῦ βασιλέως λαβεῖν ἕως ὀβολοῦ· οὕτως ἦν ἐλεύθερος καὶ μόνης τῆς εἰς θεὸν πίστεως καὶ εὐσεβείας περιποιούμενος.

P 362 Μεταξὺ Ἰνδῶν καὶ Περσῶν κάστρον ἐστὶν ὀνομαζόμενον Τζουδάδερ, ἐν ᾧ πολλὰ χρήματα καὶ μαργαρῖται καὶ λίθοι τίμιοι ἀποκείμενοι ἦσαν καὶ ὑπὸ δαιμόνων ἐφυλάττοντο. τοῦτο Καβάδης μαθὼν ἐζήτει λαβεῖν. καὶ ὑπὸ τῶν δαιμόνων κωλυόμενος κινεῖ τὴν τῶν παρ' αὐτοῦ μάγων πᾶσαν ἐπίνοιαν, ἔπειτα καὶ τῶν Ἰουδαίων, καὶ τοῦ σκοποῦ ἀποτυγχάνει. πεισθεὶς δὲ διὰ τῆς πρὸς τὸν θεὸν εὐχῆς τῶν Χριστιανῶν τούτου κυριεῦσαι, ἐπίσκο-

omnibus sententiae de passo deo assertoribus obturaret, eum ad se vocatum hortatus est ut ad suam factionem descisceret, pollicens eum quidquid petiisset illico accepturum. cui episcopus "tu" inquit "potius ad orthodoxos transi, ne, dum opiniones impiorum hominum Severi Eutychis et Dioscori amplecteris, aeterno igni addicaris." simulque apprehendens imperatoris chlamydem "haec" ait "vestis nequaquam te post mortem sequetur, o imperator: sed sola comitabitur te pietas ac virtutum habitus. missam fac ecclesiam, quam Christus suo redemit sanguine. indoctus es et ratiocinandi ignarus, neque ullum ecclesiae decretum perfecte intelligis: tantum imposturis et scurrilibus calumniis fatuos terres. satis tibi sit dignitatis, quod imperator es: antistites ecclesiae vexare noli." ad haec imperator pudore suffusus obmutuit. pauperrimus autem cum esset ille episcopus, ne obolum quidem ab imperatore voluit accipere: adeo liber erat et solius in deum fidei ac pietatis rationem habens.

Castrum est in Persarum atque Indorum confinio, nomine Tzudader, in quo multum pecuniae margaritarum et lapidum pretiosorum repositum a daemonibus asservabatur. Cabades ea re percepta castrum occupare est annixus, cumque ei a daemonibus obsisteretur, omnibus et Magorum et mox Iudaeorum tentatis artibus impos propositi fuit. ergo cum ei persuasum esset Christianorum ad deum precibus eo se potiri

πόν τινα Χριστιανὸν ἀπὸ τῶν ἐν Περσίδι περὶ τούτου παρεκάλεσεν, ὃς σύναξιν ἐπιτελέσας καὶ τῶν θείων μυστηρίων μεταλαβών, προσελθὼν τῷ τόπῳ τοὺς ἐκεῖσε δαίμονας ἐξεδίωξε καὶ τῷ Καβάδῃ B τὸ κάστρον ἀπόνως παρέδωκεν. ἐν τούτῳ Καβάδης καταπλαγεὶς πρωτοκαθεδρίᾳ τὸν ἐπίσκοπον ἐτίμησεν, ἕως τότε Μανιχαίων καὶ Ἰουδαίων προκαθεζομένων, καὶ ἄδειαν παρέσχε τοῖς βουλομένοις βαπτίζεσθαι.

Πρὸ μικροῦ δὲ τῆς τελευτῆς Ἀναστασίου, ἐπιβουλῆς αὐτῷ μηνυθείσης, συνέσχε πολλοὺς καὶ ἀπώλεσεν· ἐν οἷς καὶ Ἰουστῖνος ἦν καὶ Ἰουστινιανός. μέλλων οὖν ἐξαφανίζειν τοὺς ἄνδρας, παρέστη αὐτῷ τις κατ' ὄναρ φοβερὸς λέγων "τοὺς μὲν λοιποὺς τῶν σῶν ἐπιβούλων, ὦ βασιλεῦ, συνεχωρήθη σοι ἀφανίσαι, Ἰουστῖνον C δὲ καὶ Ἰουστινιανὸν μηδαμῶς ἀδικήσῃς· οὐδὲ γὰρ θέλων δυνήσῃ." τοῦ δὲ φήσαντος ὅτι καθοσιώσει εἰσὶν ὑποβεβλημένοι βασιλικῇ, ἔφη πρὸς αὐτόν "σκεύη εἰσὶ χωρητικὰ τῆς τοῦ θεοῦ βουλῆς τε καὶ προνοίας, καὶ μέλλουσιν ὑπουργῆσαι τῷ θεῷ ἕκαστος ἐν τοῖς καιροῖς αὐτῶν." καὶ δὴ ἀφῆκεν αὐτοῖς ἀμφοτέροις Ἀναστάσιος τὸ τῆς καθοσιώσεως ἔγκλημα. συνέβη δὲ πάντα γενέσθαι καθὼς ὁ φανεὶς ἀπεφθέγξατο· μετὰ γὰρ τὴν τελευτὴν Ἀναστασίου καὶ ἀμφότεροι κατὰ καιροὺς αὐτῶν ἐβασίλευσαν.

Τῷ κζ' ἔτει Ἀναστάσιος εἶδεν ἐν ὁράματι ἄνδρα φοβερὸν βαστάζοντα κώδικα, ὃν ἀναπτύξας, καὶ εὑρὼν τὸ ὄνομα αὐτοῦ τοῦ βασιλέως, εἶπεν αὐτῷ "ἰδοὺ διὰ τὴν κακοπιστίαν σου ἀπα- D

posse, hoc a quodam episcopo Christianorum in Perside agentium contendit. is synaxi coacta, cum divinis mysteriis communicasset, ad locum accedens daemonas ibi morantes exegit, castrumque Cabadae nullo labore occupandum tradidit. quo miraculo Cabades attonitus primum in consessu locum episcopo ei tribuit, quem hactenus Manichaei et Iudaei tenuerant: liberam quoque potestatem fecit iis qui baptizari vellent.

Anastasius vero paulo ante quam moreretur, delatis ad ipsum insidiarum sibi factarum indiciis multos corripi atque interfici iussit. in captis fuerunt etiam Iustinus et Iustinianus. quos cum necare statuisset, terribilis quidam ei in somnis adstitit, ita dicens "tibi quidem, o imperator, permissum est reliquos insidiatores tollere: a Iustino autem et Iustiniano maleficium omne abstine. nam non licebit te eis, utcumque velis, male facere." cumque Anastasius diceret eos reos esse laesae imperatoriae maiestatis, respondit ille esse eos vasa consilio providentiae divinae exsequendo apta, et utrumque suo tempore deo operam navaturum. atque hos quidem duos Anastasius crimine absolvit: insomnium vero suo tempore exitus comprobavit. uterque enim eorum post Anastasii mortem imperio functus est.

Anno 27 apparuit Anastasio per insomnium vir terribilis, codicem gestans; quem is cum aperuisset et nomen imperatoris in eo invenisset,

λείψω τεσσαρεσκαίδεκα ἔτη," καὶ ἀπήλειψεν αὐτά. διυπνισθεὶς δὲ προσεκαλέσατο Ἀμάντιον τὸν πραιπόσιτον, καὶ εἶπεν αὐτῷ τὸ ὅραμα. ὁ δὲ εἶπεν ὅτι κἀγὼ ἐθεασάμην ὅτι παρισταμένου τῷ κράτει σου χοῖρος μέγας ἐλθὼν καὶ δραξάμενός μου τῆς χλαίνης κατέρραξέ με εἰς τὴν γῆν καὶ ἀνάλωσεν. ἐλθόντος δὲ τοῦ ὀνειροκρίτου Πρόκλου, ἤκουσαν ὅτι καὶ ἀμφότεροι μετ' οὐ πολὺ τελευτοῦσθε. ἐπεὶ δὲ κεχρηματίστο διὰ πυρὸς αὐτὸν τὴν ἀμείλικτον αὐτοῦ ψυχὴν ἀπορρῆξαι, τὴν ἐν τῷ παλατίῳ κινστέρναν τὴν λεγομένην ψυχρὰν εἰς πολλὰ στόμια διανοίξας καὶ κάδδους ἐν
P 363 ἑκάστῳ παραθεὶς ἔσπευδε τὴν τοιαύτην περὶ αὐτοῦ προφητείαν ψευδῆ ἀποδεῖξαι. ἀλλ' ἐματαιώθη διὰ κενῆς ὁ δείλαιος· καὶ γὰρ θείῳ σκηπτῷ κεραυνωθεὶς ἐμβρόντητος γέγονεν. ἐτέθη δὲ τὸ σῶμα αὐτοῦ ἐν τῷ ναῷ τῶν ἁγίων ἀποστόλων, ἐν λάρνακι Ἀκυντιανῇ, μετὰ Ἀριάδνης τῆς γυναικὸς αὐτοῦ προτελευτησάσης. οὗτος λέγεται καῦσαι καὶ τὰ βιβλία τοῦ χρυσαργύρου.

Ἰουστῖνος ὁ μέγας βασιλεὺς Ῥωμαίων ἔτη θ'. οὗτος ἦν εὐσεβὴς ἀνήρ, πρεσβύτης καὶ πολύπειρος, ἀπὸ στρατιωτῶν ἀρξάμενος καὶ ἕως τῆς συγκλήτου προκόψας, Ἰλλυριὸς τῷ γένει· οἱ δὲ
B Θρᾷκα τοῦτον λέγουσιν εἶναι. ἦν δὲ τῷ σώματι μεσῆλιξ, εὐρὺς τοὺς ὤμους καὶ τὰ στέρνα, πολιός· ἐπήνθει δὲ τῷ προσώπῳ αὐτοῦ ἔρευθος βλοσυρῷ ὄντι καὶ πλατεῖ. οὗτος πᾶσιν ἄριστος ἐδείχθη, ζηλωτὴς τῆς ὀρθοδόξου πίστεως καὶ ἐν τοῖς πολέμοις μεγά-

ait illi "ecce ob perversitatem fidei tuae de vita tua annos 14 deleo." simulque eos expunxit. somno solutus Anastasius insomnium id Amantio praeposito ad se vocato exposuit. atque is "ego etiam" inquit "imaginatus sum, cum adstarem maiestati tuae, venisse magnum porcum, qui me veste arreptum in terram prostraverit atque devoraverit." deinde Proclus insomniorum coniector advenit, pronuntiavitque utrumque paulo post vita defuncturum. sed Anastasius, cum oraculo edoctus esset igne sibi pereundum fore, cisternam in palatio quae Frigida dicitur, multis meatibus aperuit, quorum cuique cadus appositus esset, conans hoc pacto oraculum irritum reddere. verum id abs re fuit: fulmine enim divinitus est ictus. cadaver eius in fano apostolorum depositum est, in cista Aquintiana, iuxta Ariadnae uxoris corpus, quae ante ipsum e vivis excesserat. is Anastasius fertur Chrysargyri tributi tabulas combussisse.

Iustinus magnus imperator Romanorum fuit annos 9, vir pius, senex ac multiplici peritia praeditus. a militari ordine usque ad senatoriam dignitatem pervenerat. patria fuit Illyricus, quanquam alii Thracem fuisse affirmant. corporis statura fuit mediocri, latis humeris et pectore canus, facie truci ac lata et rubore infecta. optimum se omnibus demonstravit, cum et orthodoxae fidei studeret et bello magnum

λως εὐδοκιμῶν. σύμβιον δὲ ἔχων Λουππικίαν ἔστεψεν Αὐγοῦσταν, ἣν οἱ δῆμοι ἐστεφανωμένην Εὐφημίαν ἐκάλεσαν. τούτῳ τῷ Ἰουστίνῳ Εὐλάλιός τις, ἀπὸ πλουσίων γενόμενος πένης, ἐν τῷ μέλλειν αὐτὸν ἀποβιῶναι ἔγραψεν ἐνδιαθήκως κληρονόμον Ἰουστῖνον, παρακελευσάμενος ὥστε τὰς τρεῖς αὐτοῦ θυγατέρας μικρὰς καταλειφθείσας ἀναθρέψαι καὶ ἐκπροικίσαι τὸν βασιλέα, καὶ πάντα αὐτοῦ τὰ χρέα ἀποδοῦναι τοῖς χρεωστουμένοις, καὶ τὰ C γραμματεῖα ἀναρρύσασθαι· ἅπερ βασιλικῶς πάντα Ἰουστῖνος ἐπλήρωσε, καταπλήξας ἐν τούτῳ πάντα ἄνθρωπον τὸν ἀκούσαντα. Βιταλιανὸς δὲ ὁ προρρηθεὶς σφόδρα ᾠκειώθη τῷ βασιλεῖ, ὀρθόδοξος δὲ ὢν Σεβῆρον ᾐτήσατο καθαιρεθῆναι. ὅπερ μαθὼν ἐκεῖνος φεύγει σὺν Ἰουλιανῷ τῷ Ἁλικαρνασοῦ· καὶ εἰς Αἴγυπτον ἀπελθόντες καὶ τὸν περὶ φθαρτοῦ καὶ ἀφθάρτου λόγον κινήσαντες ταύτην ἐτάραξαν, Διοσκόρου ἐπισκοποῦντος Ἀλεξανδρείας. ἐπισκόπων δὲ ἀπὸ Ῥώμης ἐλθόντων δι' Ὁρμίσδου ἐπισκόπου Ῥώμης τῇ Βιταλιανοῦ σπουδῇ, ἔτι ζῶντος Ἰωάννου τοῦ Καππαδόκου D ἐπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως, τὴν ἁγίαν ἐν Χαλκηδόνι τετάρτην σύνοδον πρὸς ταῖς ἄλλαις τρισὶ συνόδοις τοῖς διπτύχοις συνέταξε. Σεβήρου δὲ τοῦ δυσσεβοῦς ἐκποδὼν γεγονότος Παῦλος ἐχειροτονήθη ἐπίσκοπος Ἀντιοχείας, ὁ ξενοδόχος τῶν Εὐβούλου. ὁ δὲ βασιλεὺς Ξεναΐαν τὸν καὶ Φιλόξενον, ἐπίσκοπον Ἱεραπόλεως, Μανιχαιόφρονα ὄντα, καὶ Πέτρον Ἀπαμείας ἐξώρισε σὺν πᾶσι τοῖς μετέχουσι τῆς λώβης αὐτῶν, Ἀμάντιον δὲ τὸν πραιπόσιτον

gloriam pararet. coniugem suam Luppiciam diademate ornatam Augustam creavit; quam coronatam populus Euphemiam mutato nomine appellavit. hunc Iustinum Eulalius quidam, de divite pauper factus, moriturus heredem testamento nominavit; iussitque tribus suis filiabus, quas parvulas relinquebat, educationem eam ac dotem praebere, omnia sua debita creditoribus persolvere, et ab iis syngraphas suas redimere. quae omnia Iustinus regia munificentia perfecit, magna omnium qui rei famam percipiebant admiratione. usus est Iustinus admodum familiariter Vitaliano, qui, ut erat orthodoxus, apud imperatorem instabat uti Severus deiiceretur. at Severus hoc sentiens cum Iuliano Halicarnassi episcopo aufugit; delatique in Aegyptum disputatione de interitus experte et interitui obnoxio prolata turbas ibi dederunt. erat tum Alexandreae episcopus Dioscorus. cum vero Roma ab Hormisda missi episcopi Cpolin venissent, Vitaliani studio effectum est ut sacrum concilium Chalcedone habitum reliquis tribus in ecclesiasticos commentarios adscriberetur, Ioanne Cappadoce episcopatum Cpolitanum adhuc gerente. Severo amoto Paulus electus est ad episcopatum Antiecheae gerendum, qui prius Eubuliano xenodochio praefuerat. Iustinus porro Xenaiam, qui et Philoxenus dicitur, episcopatum Hierapolis Manichaeorum opiniones sectantem, et Petrum Apameae episcopum omnesque eorum sectatores relegavit. Amantium praepositum aliosque nonnullos ob affectatam

μετὰ καὶ ἄλλων τινῶν τυραννίδα μελετήσαντας ἀνεῖλεν. ἀνεκαλέσατο δὲ καὶ πάντας τοὺς ἀδίκως ὑπὸ Ἀναστασίου ἐξορισθέντας.

P 364 Τῷ δ' αὐτῷ ἔτει ἐφάνη ἀστὴρ ἐν τῇ ἀνατολῇ κομήτης, ὃς εἶχεν ἀκτῖνας ἐκπεμπούσας ἐπὶ τὰ κάτω αὐγάς, ὃν ἔλεγον πωγωνίαν εἶναι· εἶχε δὲ ἀκτῖνα ὁρῶσαν ἐπὶ δύσιν. τῷ δ' αὐτῷ ἔτει ἐδημοκράτει τὸ Βένετον μέρος, ἐν πάσαις ταῖς πόλεσι ταραχὰς ἐμποιοῦντες καὶ φόνους πολλούς. ἦλθε δὲ τὸ κακὸν τῆς ἀταξίας ἀπὸ Ἀντιοχείας. καὶ οὐ μόνον τοὺς ἀπαντῶντας πρασίνους ἔσφαζον, ἀλλὰ καὶ τοὺς κατ' οἶκον κρυπτομένους, μὴ δυναμένων τῶν ἀρχόντων ποιῆσαι ἐκδίκησιν. ταῦτα ἐπράττετο ἕως ἓξ ἐνιαυτῶν Ἰουστίνου.

Τῷ γ' ἔτει Ἰουστῖνος μετὰ Καβάδη τοῦ τῶν Περσῶν βασι-
B λέως εἰρήνην ποιήσας τὰ περὶ τῆς πίστεως διορθοῦν ἐσπούδαζε.

Τῷ δ' ἔτει τὸ Δυρράχιον ὑπὸ θεομηνίας ἔπαθε, καὶ ἡ τῆς Ἑλλάδος Κόρινθος· ἃς μεγάλως ἀνενεώσατο ὁ βασιλεὺς καὶ ἐφιλοτιμήσατο.

Τῷ ε' ἔτει Τζάθος ὁ τῶν Λαζῶν βασιλεὺς ἀποστατήσας τῆς τῶν Περσῶν βασιλείας ἦλθε πρὸς Ἰουστῖνον εἰς τὸ Βυζάντιον, καὶ παρεκάλεσε γενέσθαι Χριστιανὸν καὶ ὑπ' αὐτοῦ ἀναγορευθῆναι βασιλέα τῶν Λαζῶν. ὃ καὶ μετὰ χαρᾶς ἐποίησε, καὶ υἱὸν ἀνηγόρευσε, καὶ γυναῖκα εὐγενῆ Ῥωμαίαν δέδωκεν, ἣν καὶ εἰς τὴν ἰδίαν χώραν ἀπεκόμισε μετὰ χαρᾶς, καὶ δῶρα ἔλαβε πολλά. γνοὺς δὲ τοῦτο Καβάδης δηλοῖ Ἰουστίνῳ ὅτι φιλίας καὶ εἰρήνης μεταξὺ
C ἡμῶν οὔσης τὰ ἐχθρῶν πράττεις καὶ τοὺς ὑπὸ τὴν ἐξουσίαν τῶν

tyrannidem necavit. revocavit etiam omnes quos Anastasius iniuste extorres egerat.

Eodem anno cometa in Oriente visus est, radios deorsum emittens, quem Graeci pogoniam a barbae similitudine appellant. habebat autem radium versus occasum. eodem anno pars Veneta potestatem populi per omnes urbes obtinebat tumultuabaturque et multas caedes edebat. ab Antiochea eius mali origo fuit. neque tantum obviam factos sibi Prasinos iugulabant, sed et eos qui in domibus occultabantur, cum magistratus non essent coercendo pares. haec acta sunt usque ad sextum Iustini annum.

Anno tertio sui imperii Iustinus facta pace cum Cabade Persarum rege, rebus ecclesiasticis constituendis animum intendit.

Anno 4 Dyrrachium et Corinthus divinitus calamitate sunt affectae; quas Iustinus egregia liberalitate refecit.

Anno 5 Tzathus Lazorum rex cum a Persico regno defecisset, Byzantium venit, petiitque Christianus fieri et a Iustino Lazorum rex salutari. Iustinus id laeto animo fecit, eumque filium suum appellavit, nobilemque Romanam uxorem dedit. quam ille laetus in suam abduxit regionem, multis donis affectus. Cabades autem re comperta cum Iustino expostulare, eumque durante mutua amicitia et pace hostiliter agere,

Περσῶν ὄντας προσλαμβάνῃ. ὁ δὲ βασιλεὺς ἀντιδηλοῖ αὐτῷ "ἡμεῖς τινὰ τῶν ὑποκειμένων τῇ βασιλείᾳ σου οὐ προσελαβόμεθα. ὁ δὲ Τζάθος προσῆλθεν ἡμῖν ῥυσθῆναι τοῦ μυσαροῦ ἑλληνισμοῦ καὶ τῶν ἀσεβῶν θυσιῶν καὶ τῆς τῶν δαιμόνων πλάνης, καὶ γενέσθαι Χριστιανός, καὶ τὸν ἀληθῆ ἐπιγνῶναι θεόν. τοῦτον ἡμεῖς βαπτίσαντες ἀπελύσαμεν εἰς τὴν ἰδίαν χώραν." ἔκτοτε λοιπὸν πάλιν γέγονε ἔχθρα μεταξὺ Ῥωμαίων καὶ Περσῶν. τούτῳ τῷ ἔτει καὶ τὰ κατὰ τὸν ἅγιον Ἀρέθαν ἐν Νεγρᾷ τῇ πόλει ἐπράχθη ὑπὸ τῶν Ὁμηριτῶν, καὶ ὁ πόλεμος Ἐλεσβαὰν τοῦ βασιλέως τῶν Αἰθιόπων πρὸς τοὺς Ὁμηρίτας, καὶ ἡ νίκη αὐτοῦ.

Τῷ ς' ἔτει Καβάδης ὁ τῶν Περσῶν βασιλεὺς τοὺς ὑπὸ τὴν D *ἐνορίαν αὐτοῦ Μανιχαίους κατέσφαξεν. Ἰουστῖνος δὲ σάκρα πανταχοῦ πέμψας τοὺς ποιοῦντας ἀταξίαν ἀναιρεῖσθαι προσέταξε καὶ τὰ ὑπάρχοντα αὐτῶν δημεύεσθαι, καὶ τοὺς δημίους εἰρήνευσε πολλοὺς κακώσας. ἔστεψε δὲ Θεοδώραν τὴν γυναῖκα αὐτοῦ Αὐγοῦσταν, τῆς Εὐφημίας ἤδη τελευτησάσης. τὸν δὲ Σεκοῦνδον ὕπατον πατρίκιον καὶ στρατηγὸν ἀνατολῆς ἐποίησε διὰ τοὺς Πέρσας καὶ τὰς τῶν Σαρακηνῶν ἐπιδρομάς, ὃς διωγμὸν μέγαν ἐποιήσατο κατὰ Μανιχαίων καὶ ἐτιμωρήσατο πολλούς.*

Τῷ ζ' ἔτει Ἀνάζαρβος μητρόπολις β' τῆς Κιλικίας ἐπτώθη P 365 *ὑπὸ σεισμοῦ φοβερωτάτου. τῷ δ' αὐτῷ ἔτει κατεποντίσθη Ἔδεσσα, πόλις μεγάλη καὶ περιβόητος, διὰ τοῦ ὕδατος τοῦ μέσον αὐτῆς διερχομένου Σκίρτου ποταμοῦ, ὃς πλημμυρήσας δίκην θαλάσσης τοὺς οἴκους σὺν τοῖς οἰκοῦσι σύρων ἐπόντισε. λόγος δέ ἐστιν ὅτι*

qui Persarum imperio subiectos sibi adscisceret. contra Iustinus excusare non se quemquam Persis subditum avertisse. venisse ad se Tzathum, ut liberatus impura Graecorum superstitione, impiis sacrificiis ac fallaciis daemonum, Christianus fieret verumque agnosceret deum. eum se baptizatum domum suam dimisisse. verum haec res novis inter Romanos ac Persas inimicitiis ansam praebuit. hoc anno S. Aretas in urbe Negra est ab Homeritis occisus; et hos bello adortus Elesbaan Aethiopum rex vicit.

Anno 6 Cabades Persarum rex Manichaeos in suis finibus trucidavit. Iustinus autem sacris edictis in omnia loca dimissis eos qui tumultuarentur necari mandavit eorumque bona publicari; populique agitatores compescuit, multis eorum male mulcatis. Augustali quoque corona Theodoram uxorem suam ornavit, quam mortua Euphemia duxerat. Secundum porro consulem et patricium Orienti praefecit ob Persas et Saracenorum excursiones. is Manichaeos graviter est persecutus, multosque eorum suppliciis affecit.

Septimo anno Anazarbus, secunda Ciliciae metropolis, terrae motu saevissimo prostrata. eodem anno Edessa, magna atque celebris urbs, diluvio Scirti amnis, qui per eam decurrit, afflicta est. maris enim in-

καὶ ἄλλοτε τοῦτο γέγονε. μετὰ δὲ τὸ παῦσαι τὰ ὕδατα εὑρέθη πλὰξ λιθίνη ἐν τῇ ὄχθῃ τοῦ ποταμοῦ, γεγραμμένη ἱερογλυφικοῖς γράμμασιν οὕτως "Σκίρτος ποταμὸς σκιρτήσει κακὰ σκιρτήματα πολίταις." πολλὰ δὲ παρέσχεν ὁ βασιλεὺς Ἰουστῖνος εἰς ἀνανέωσιν ἀμφοτέραις ταῖς πόλεσι. τῷ δ' αὐτῷ ἔτει ἐφάνη γυνή τις
B *ἐκ τῆς Κιλικίας γιγαντογενής, ὑπερέχουσα τῇ ἡλικίᾳ πάντα ἄνθρωπον τέλειον πῆχυν ἕνα, καὶ πλατεῖα σφόδρα. γυρεύουσα δὲ τὰς πόλεις ἐλάμβανε κατὰ ἐργαστήριον φόλλιν μίαν. τότε καὶ ἀστὴρ ἐφάνη ἐν οὐρανῷ ἐπάνω τῆς χαλκῆς πύλης τοῦ παλατίου, φαίνων ἐπὶ ἡμέρας καὶ νύκτας κϛ'. γέγονε δὲ καὶ σεισμὸς φοβερώτατος, ὑφ' οὗ τῇ μὲν Κωνσταντινουπόλει ἐν διαφόροις τόποις, τῇ δὲ Ἀντιοχείᾳ συμφορὰ ἀνεκδιήγητος προεμηνύθη. τῇ γὰρ τετάρτῃ τοῦ Ὀκτωβρίου μηνὸς τὰ προοίμια τῆς τοῦ θεοῦ ὀργῆς ἐπῆλθεν αὐτῇ δι' ἐμπρησμῶν καὶ σεισμῶν, ὃς ἐμπρησμὸς μέσον τῆς πόλεως ἐγένετο, καὶ ἐκράτησε ἐπὶ ἡμέρας ϛ'. καὶ ἐκάησαν*
C *οἶκοι πολλοί, καὶ ἀπέθανον λαοὶ πολλοί, καὶ οὐδεὶς ἔγνω πόθεν τὸ πῦρ ἀνάπτεται· τοσοῦτον γὰρ ἡ ὀργὴ τοῦ θεοῦ ἐπῆλθεν ἐπ' αὐτῇ ὥστε πτωθῆναι σχεδὸν πᾶσαν τὴν πόλιν καὶ τάφον τῶν οἰκητόρων γενέσθαι. τινὰς δὲ καταχωσθέντας καὶ ἔτι ζῶντας ὑπὸ τὴν γῆν πῦρ ἐξελθὸν ἐκ τῆς γῆς κατέφλεξε. καὶ ἕτερον πῦρ ἐκ τοῦ ἀέρος ὡς σπινθῆρες κατήρχετο καὶ κατέκαιεν ὥσπερ ἀστραπὴ τοὺς εὑρισκομένους. ἐσείετο δὲ ἡ γῆ ἐπ' ἐνιαυτὸν ἕνα.*

Τῷ θ' ἔτει τοῦ σεισμοῦ ἐπικρατοῦντος Εὐφράσιος ὁ ἐπίσκο-

star ille exundans domos una cum inhabitantibus abripuit atque submersit. alias quoque idem accidisse fertur. sane diluvio finito in ripa amnis inventa est lapidea tabula, inque eam inscripta haec hieroglyphicis literis "Scirtus amnis saltabit malo civium": nam amnis nomen Graeco sermone ad saltationem alludit. Iustinus multum utrique urbi ad instaurationem contulit. eodem anno visa est quaedam Cilissa mulier, gigantum generis, cuiusvis perfecti viri staturam cubito excedens, admodumque lata. ea circum urbes proficiscens ex officina quavis follem (monetae genus hoc est) accipiebat. stella quoque tum in caelo apparuit, supra aeream palatii portam, continuas dies noctesque viginti sex fulgens. terrae motus quoque apprime horrendus fuit, qui et Cpolin diversis locis laesit et Antiocheae ineffabilem calamitatem denuntiavit. quarto enim die Octobris principia irae divinae urbem eam corripuerunt, terrae motus atque incendium. id media urbe exortum duravit dies sex multasque domos et homines absumpsit; neque scire quisquam potuit unde eius fuisset initium. tum dei ira ita urbem concussit ut pene tota corruerit ac civium sepulcrum facta sit. quosdam obrutos terra, et adhuc viventes, ignis ex terra exiens cremavit. alius ignis ex aëre instar scintillarum decidit, et quos attigisset, fulminis in morem combussit. annum ille terrae motus duravit.

Anno nono, terrae motu obtinente, Euphrasius Antiocheae episco-

πος Ἀντιοχείας ὑπὸ τοῦ σεισμοῦ κατεχώσθη καὶ ἀπέθανε, καὶ
πᾶς οἶκος καὶ ἐκκλησία κατέπεσε, καὶ τὸ κάλλος τῆς πόλεως ἠφα-
νίσθη· οὐ γὰρ γέγονε τοιαύτη θεομηνία ἐν ἄλλῃ πόλει ἐν πάσαις D
ταῖς γενεαῖς. πολλὰς μὲν οὖν ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν μυριάδας,
πολλὰς δὲ παίδων καὶ νεογνῶν ἐν λόφου τάξει ἡ τῶν κατενεχθέν-
των οἰκοδομημάτων ὕλη καλύπτουσα . . . . , καὶ τέλος τοῦτο τὴν
οὕτως ὀνομαστοτάτην καὶ εὔχαριν ἔλαβε πόλιν, ἥνπερ ἐπὶ ὀκτακο-
σίους ἐνιαυτοὺς συστᾶσαν ἐξ οὗπερ αὐτὴν Σέλευκος ὁ πρῶτος ἔκτισεν,
ἐπὶ τῇ προσηγορίᾳ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ Ἀντιόχειαν ἐκάλεσεν. ἀγγελ-
θέντος δὲ τοῦ πάθους ὁ μὲν βασιλεὺς μεγάλως ἤλγησε τὴν ψυχήν,
καὶ ῥίψας τὸ διάδημα καὶ τὴν πορφύραν ἐπένθει ἐν σάκκῳ καὶ
σποδῷ ἡμέρας πολλάς, καὶ ἐν τῇ ἑορτῇ δὲ λιτῶς εἰσῆλθεν εἰς τὴν
ἐκκλησίαν, μὴ καταδεξάμενος φορέσαι σήμαντρον βασιλικὸν τὸ P 366
οἱονοῦν. ἀλλὰ καὶ πάντες οἱ ἐν τῇ πόλει φαιὰν στολὴν ἐνδυσάμενοι
πανδημεὶ εἰς τὸ πρὸ τῆς πόλεως πεδίον ἑπτὰ σημείοις ἀπέχον ἐπὶ
ἑπτὰ ἡμέραις ἐλιτάνευον νηστεύοντες. ὁ δὲ βασιλεὺς ἀπέστειλεν
εἰς ἐκχοϊσμὸν καὶ ἀνακαινισμὸν τῆς πόλεως χρυσίου κεντηνάρια
πεντήκοντα καὶ ἄνδρας μηχανικούς, καὶ ἦν αὐτῷ σπουδὴ τοῦ τὴν
πεσοῦσαν πόλιν Ἀντιόχειαν ἀνακαινίσαι. ἐπὶ αὐτοῦ δὲ ἐτυπώθη
ἑορτάζειν ἡμᾶς καὶ τὴν ἑορτὴν τῆς ὑπαπαντῆς τῆς μέχρι τότε μὴ
ἑορταζομένης. ἀλλὰ καὶ ἡ Πομπηϊούπολις τῆς Μυσίας διαρρα-
γεῖσα μέσον κατεπόθη μετὰ τῶν οἰκητόρων, καὶ ἔκραζον ὑπὸ τὴν B
γῆν ὄντες οἱ ἄνθρωποι τὸ ἐλεήσατε. τῇ δὲ ιδʹ τοῦ Ἀπριλλίου
μηνός, τῇ ἑορτῇ τοῦ πάσχα, ἀσθενήσας Ἰουστῖνος προεχειρίσατο

pus eo obrutus obiit, omnesque aedes et templa corruerunt, urbisque decor periit. ab omni hominum memoria non exstitit tanta irae dei in urbem aliquam grassatio. multa virorum mulierum puerorum et infantum milia collis instar coacervata prostratarum domorum materies operiebat. hunc exitum habuit urbs nobilissima atque elegantissima, quae ab ortu suo, cum eam Seleucus primus condidit ac de patris nomine Antiocheam appellavit, ad 800 annos steterat. annuntiata hac clade imperator gravissime indoluit; abiectisque diademate et purpura, sacco indutus et cinere conspersus per multos dies luxit; ac festo etiam die vili habitu templum iniit, nullum imperii signum gestare sustinens. sed et qui in urbe erant universi, pullati per septem dies in campum qui ad septimum lapidem ab urbe distat supplicandi causa ieiuni exiverunt. misit imperator ad repurgandam Antiocheae aream et instaurationem eius urbis, cui rei impense studebat, auri centenarios 50 et opifices. sub eodem institutae sunt feriae quae Hypapantae dicuntur, prius non habitae. sed et Pompeiopolis Mysiae urbs rupta, eiusque dimidium una cum habitatoribus terra absorptum est, hominesque infra terram delati misericordiam suorum implorarunt. decima quarta die mensis Aprilis, ipsis Paschalibus feriis, Iustinus morbo correptus Iustinianum sororis suae

εἰς βασιλέα Ἰουστινιανὸν τὸν ἴδιον ἀνεψιόν, καὶ ἔστεψεν αὐτόν, καὶ συνεβασίλευσεν αὐτῷ μῆνας δ'. Αὐγούστῳ δὲ μηνὶ τῆς αὐτῆς ε' ἰνδικτίωνος ἐτελεύτησεν ὁ εὐσεβὴς Ἰουστῖνος, καὶ ἐτέθη τὸ σῶμα αὐτοῦ ἐν μονῇ τῆς Αὐγούστης, ἐν λάρνακι πρασίνῃ, μετὰ καὶ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ Εὐφημίας, ἐν ᾧ καὶ αἱ στολαὶ τῶν ἁγίων ἀποστόλων εὑρέθησαν. τὸν δὲ τῆς ἀρχιερωσύνης θρόνον διεῖπεν Ἰωάννης. τοῦ δὲ Εὐφρασίου ἐπισκόπου Ἀντιοχείας τελευτήσαν-
C τος, Εὐφραίμιος ὁ Ἀμίδας κόμης ἀνατολῆς ὢν χειροτονεῖται ἀντ' αὐτοῦ, ὅστις ζῆλον θεῖον κατὰ τῶν ἀποσχιστῶν εἶχεν.

Κόσμου ἔτος ‚ςκα', τῆς θείας σαρκώσεως φκζ'. Ἰουστινιανὸς ὁ μέγας βασιλεὺς Ῥωμαίων ἔτη λη' μῆνας ζ' ἡμέρας ιγ'. οὗτος τὴν τοῦ σώματος ἀναδρομὴν εἶχε βραχὺ μείζονα τοῦ μέσου, ἐρυθρὸς τὴν χροιάν, χαροπὸν καὶ εὐπερίστροφον βλέπων, καὶ τὴν κεφαλὴν πρὸς κόμης κάλλος μικρὸν ἐψιλωμένην. βασιλεύει δὲ ἐτῶν με'. καὶ μονοκρατορήσας δέδωκεν ὑπατείαν ὅσην οὐδεὶς βασιλέων δέδωκε. καὶ διωγμὸν κατὰ Ἑλλήνων καὶ πάσης αἱρέσεως ἐκίνησεν. εὑρὼν δὲ πολλοὺς τῶν ἐν τέλει νοσοῦντας τὴν τῶν
D Ἀρειανιτῶν αἵρεσιν, δημεύσας τε καὶ τιμωρησάμενος φόβον πολὺν εἰργάσατο, θεσπίσας μόνους ὀρθοδόξους πολιτεύεσθαι. καὶ τὸν ναὸν δὲ τῶν ἁγίων Σεργίου καὶ Βάκχου ἐχόμενα τοῦ Παλατίου πρὸς θάλασσαν . . . ., καὶ σύνεγγυς τούτου ναὸν τῶν ἁγίων ἀποστόλων, ἴδιον αὐτοῦ οἶκον προϋπάρχοντα, καὶ πᾶσαν αὐτοῦ τὴν

8 Ἀμιδηνὸς Xylander

filium collegam imperii adscivit ac coronavit, cumque eo quattuor menses imperavit. Augusto mense, ea ipsa quinta indictione, mortuus est piissimus Iustinus: corpus eius in arca prasina repositum est in mansione Augustae, iuxta uxorem Euphemiam; ubi etiam stolae apostolorum inventae sunt. erat tum patriarcha Cpolis Ioannes. in locum autem Euphrasii Antiocheae episcopatui communibus suffragiis deligitur Euphraemius Amidenus, Orientis comes, vir divino animi fervore adversus divulsos ab ecclesia praeditus.

Anno mundi 6021, ab incarnatione dei 526, Iustinianus magnus imperium Romanum solus gerere coepit. imperavit annos 38, menses 7, dies 13. fuit statura corporis aliquantulum mediocrem excedente, ruber vultu truci et versatili, capite non nihil glabro. anno aetatis 45 rerum potitus est; cumque sine collega imperare coepisset, munus consulare edidit quantum nemo ante ipsum. persecutionem Graecae religionis et omnium haeresium instituit. cumque multos procerum labe Ariana vitiatos deprehenderet, bonis eorum publicandis et suppliciis irrogandis magnum aliis terrorem incussit, lege etiam lata ut nemo nisi orthodoxus rem publicam gereret. templo Sergii et Bacchi sanctorum, ea quae a palatio sunt versus mare; et proxime templo apostolorum suam propriam

πρώην ὕπαρξιν τοῖς δυσὶ τούτοις ἀφιερώσας ναοῖς μοναστήριον περιφανῶν ἀνδρῶν ἀπεκλήρωσε.

Τῷ δ' αὐτῷ ἔτει ὁ βασιλεὺς Περσῶν ἐπολέμει Τζάθῳ ὡς προσρυέντι Ῥωμαίοις. πέμπει οὖν αὐτῷ Ἰουστινιανὸς βοήθειαν στρατὸν καὶ στρατηγοὺς τρεῖς, Βελισάριον Κήρυκον καὶ Πέτρον, οἳ καὶ κατὰ φθόνον ἀλλήλων πολεμήσαντες ἡττήθησαν. λυπηθεὶς P 367 οὖν ὁ βασιλεὺς αὐτοὺς μὲν διεδέξατο, ἀπέστειλε δὲ Πέτρον τὸν νοτάριον αὐτοῦ στρατηλάτην. καὶ συμβαλὼν μετὰ τῶν Λαζῶν τοῖς Πέρσαις ἐνίκησε καὶ πολλοὺς ἀνεῖλε.

Τῷ δ' αὐτῷ ἔτει προσερρύη τοῖς Ῥωμαίοις ὁ βασιλεὺς τῶν Ἐλούρων Γρέτης λεγόμενος, καὶ ἐλθὼν ἐν Κωνσταντινουπόλει μετὰ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ ᾐτήσατο τὸν βασιλέα, καὶ ἐγένετο Χριστιανὸς μετὰ τῶν συγκλητικῶν αὐτοῦ καὶ συγγενῶν, καὶ ἀπῆλθε μετὰ χαρᾶς εἰς τὰ ἴδια, ἐπαγγειλάμενος συμμαχεῖν Ῥωμαίοις ἐφ' οἷς ἂν δεηθῶσιν αὐτοῦ.

Τῷ δ' αὐτῷ ἔτει προβάλλεται ὁ βασιλεὺς στρατηλάτην Ἀρμενίας Τζίταν ὀνόματι, ἄνδρα πολεμικὸν καὶ ἱκανώτατον· οὐ γὰρ B εἶχεν ἡ Ἀρμενία στρατηλάτην, ἀλλὰ δοῦκας καὶ κόμητας. αὐτὸς δὲ ἐστράτευσεν Ἀρμενίων πλῆθος. δέδωκε δὲ αὐτῷ καὶ ἀπὸ ἀνατολῆς στρατόν, χιλιάδας τέσσαρας, καὶ γέγονε μεγάλη φυλακὴ καὶ βοήθεια Ῥωμαίων. ἔζευξε δὲ αὐτῷ καὶ γυναῖκα, τὴν ἀδελφὴν Θεοδώρας τῆς Αὐγούστης, ὀνόματι Κομιτώ.

domum omnesque suas pristinas opes adiecit, atque ita ex his duobus templis monasterium illustrium virorum redegit.

Eodem anno rex Persarum Tzatho bellum ob initam cum Romanis societatem intulit. huic Tzatho Iustinianus auxiliares mittit copias, ducibus Belisario Keryco et Petro; qui cum in bello gerendo mutua invidia transversi agerentur, a Persis victi sunt. hoc aegre ferens Iustinianus, revocatis illis, Petrum notarium ad exercitum ducendum misit; isque Lazorum auxilio Persas adortus praelio victoriam multis hostium caesis obtinuit.

Eodem anno ad Romanos se contulit Herulorum rex Gretas; Cpolinque profectus cum suo populo, ab imperatore obtinuit ut Christianus fieret cum suis consiliariis et cognatis; eaque re confecta, laetus domum rediit, pollicitus se Romanis, quacunque in re vellent, auxilio futurum.

Eodem anno imperator Tzitam Armeniae praefecit, virum bellicosum et rebus gerendis aptum. hactenus Armenia sine praefectis fuerat, duces tantum et comites habuerat. sed hic eum principem Armeniorum fecit. adiunxit etiam imperator ei exercitum quattuor milium ex Oriente; fuitque hoc magno praesidio Romanis. nuptum quoque ei tradidit sororem Theodorae Augustae, nomine Comito.

Τῷ δ' αὐτῷ ἔτει προσεῤῥύη τοῖς Ῥωμαίοις γυνή τις ἐκ τῶν Οὔννων τῶν λεγομένων Σαβήρ, βάρβαρος, ὀνόματι Βαρήζ, χήρα, ἔχουσα μεθ' ἑαυτῆς Οὔννων χιλιάδας ἑκατόν, ἥτις κατεδυνάστευε τῶν Οὐννικῶν μερῶν μετὰ τὴν τοῦ ἰδίου ἀνδρὸς Μαλὰχ ἀποβο- C λήν. αὕτη τοὺς προτραπέντας παρὰ Καβάδου τοῦ βασιλέως Περσῶν δύο ῥῆγας ἀπὸ ἄλλου ἔθνους Οὔννων ἐνδοτέρων, Στύρακα καὶ Γλώην, τοῦ συμμαχῆσαι αὐτῷ κατὰ Ῥωμαίων, περιόντας διὰ τῆς χώρας αὐτῆς ἐπὶ τὰ Περσικὰ μετὰ χιλιάδων εἴκοσιν ἐκράτησε, καὶ τὸν λαὸν πάντα κατέκοψε. καὶ τὸν μὲν Στύρακα δέσμιον τῷ βασιλεῖ ἐν Κωνσταντινουπόλει ἔπεμψεν, ὁ δὲ Γλώης ἐν τῷ πολέμῳ ἐσφάγη. γέγονε δὲ αὕτη σύμμαχος καὶ εἰρηνικὴ τῷ βασιλεῖ Ἰουστινιανῷ.

Τῷ δ' αὐτῷ ἔτει καὶ ὁ πλησίον Βοσπόρου ῥὴξ τῶν Οὔννων, Γορδᾶς λεγόμενος, προσεῤῥύη τῷ βασιλεῖ καὶ ἐγένετο Χριστιανός. καὶ πολλὰ δοὺς αὐτῷ ὁ βασιλεὺς ἀπέστειλεν εἰς τὴν ἰδίαν χώραν, ὑποσχομένῳ φυλάττειν τὰ Ῥωμαϊκὰ καὶ τὴν Βοσπόρου πόλιν, ἥτις D οὕτως ἐκλήθη ἀπὸ τοῦ τελεῖν Ῥωμαίοις κατ' ἔτος ἀντὶ χρημάτων βόας, ἀπαιτεῖν δὲ τὰς συντελείας τῶν βοῶν. ἀπελθὼν δὲ εἰς τὴν ἰδίαν χώραν διηγήσατο τῷ ἰδίῳ ἀδελφῷ τὴν τοῦ βασιλέως ἀγάπην καὶ φιλοτιμίαν, καὶ ὅτι Χριστιανὸς γέγονε, συνέτριψε δὲ πάντα τὰ τῶν Οὔννων ἰνδάλματα καὶ ἐχώνευσεν. ἐπὶ τούτῳ χολώσαντες οἱ Οὖννοι μετὰ καὶ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ τοῦ Μουγέρα ἐφόνευσαν αὐτόν, καὶ ἐποίησαν ῥῆγα τὸν Μουγέραν. ἐλθόντες δὲ εἰς Βόσπορον ἀπέκτειναν τὸν τριβοῦνον Δαλματίας καὶ τοὺς στρατιώ-

Eodem anno coniunxit se Romanis vidua quaedam mulier, de ea Hunnorum natione qui Saberi dicuntur: nomen ei fuit Bareza. habebat secum Hunnorum 100000, et praeerat Hunnicae dicioni post mortem mariti Malachi. elicuerat rex Persarum duos alios Hunnorum interiorum regulos, Styracem et Gloem, ut sibi ii contra Romanos suppetias ferrent. sed Bareza, cum ii per ipsius regionem 20 milia in Persidem ducerent, exercitum eorum delevit, ac Gloë in pugna occiso, Styracem vinctum imperatori Cpolin transmisit. ipsa pacem et societatem cum Iustiniano conservavit.

Eodem anno Gordas, etiam regulus Hunnorum Bosporo vicinorum, Romanis sese adiunxit et factus est Christianus; cumque fidem dedisset se Romanis rebus addictum fore urbemque Bospori custoditurum et boum tributum exacturum (nam urbi Bosporo inde nomen est, quod incolae Romanis loco pecuniae quotannis boves dabant), magnifice ab imperatore donatus domumque dimissus est. reversus domum fratri suo imperatoris humanitatem liberalitatemque, et se Christianum factum esse exposuit; atque idem omnia Hunnorum simulacra confregit et conflavit. eam ob rem Hunni irati, cumque his Moageras eius frater, Gordam necaverunt et regnum Moagerae tradiderunt, ac Bosporum profecti tribunum Dalmatiae et milites interfecerunt. quod ubi Iustinianus cognovit,

τας. ταῦτα ἀκούσας ὁ βασιλεὺς τὸν ἀπὸ ὑπάτων Ἰωάννην τὸν υἱὸν τοῦ πατρικίου Ῥουφίνου ἀπέστειλε μετὰ βοηθείας Σκυθικῆς P 368 πολλῆς καὶ Γοδίλαν διὰ γῆς ἀπὸ Ὀδησσοῦ πόλεως, καὶ Βαδύριον στρατηγόν. καὶ ἀκούσαντες οἱ Οὖννοι ἀφανεῖς γεγόνασι, καὶ γέγονεν εἰρήνη ἐν Βοσπόρῳ, καὶ ἐκράτησαν αὐτῶν οἱ Ῥωμαῖοι ἀφόβως.

Ὁ δὲ βασιλεὺς Ἰουστινιανὸς πάσας τὰς ἐκκλησίας τῶν αἱρετικῶν δέδωκε τοῖς ὀρθοδόξοις, χωρὶς τῶν ἐξωκιονιτῶν Ἀρειανῶν. τύπον δὲ δέδωκε περὶ τῶν ἐπισκόπων καὶ οἰκονόμων καὶ ὀρφανοτρόφων καὶ ξενοδόχων, ὥστε μὴ κληρονομεῖσθαι εἰ μὴ ἃ πρὸ τοῦ γενέσθαι εἶχον ἐν τῇ ἰδίᾳ ὑποστάσει εἰς ταῦτα ἵνα διατίθενται, ἀφ' ἧς δὲ ὥρας προεχειρίσθησαν, μὴ ἔχειν ἄδειαν εἰς ἃ κερδή- B σοιεν διατίθεσθαι, ἀλλὰ τὰ αὐτῶν πάντα τὸν εὐαγῆ οἶκον κληρονομεῖν. πληροῖ δὲ καὶ τὸ μέσαυλον τῆς βασιλικῆς Ἴλλου κινστέρνης, ἣν καὶ μεγάλην ἐποίησε, καὶ τὸ λουτρὸν τοῦ Δαγισθέως, ὃ ἤρξατο κτίζειν Ἀναστάσιος.

Τῷ β' ἔτει Ἡσαΐας ὁ Ῥόδου ἐπίσκοπος καὶ Ἀλέξανδρος Διοσπόλεως τῆς Θρᾴκης καὶ ἕτεροι πολλοὶ κατεσχέθησαν ἀρρενοφθόροι. καὶ τοὺς μὲν ἐκαυλοκόπησε, τοῖς δὲ καλάμους ὀξεῖς ἐμβάλλεσθαι εἰς τοὺς πόρους τῶν αἰδοίων προσέταξε, καὶ γυμνοὺς κατὰ τὴν ἀγορὰν θριαμβευθῆναι. ὑπῆρχον δὲ καὶ τῶν πολιτῶν καὶ συγκλητικῶν πολλοὶ καὶ τῶν ἀρχιερέων οὐκ ὀλίγοι, οἱ ἐκτμηθέντες καὶ δημευθέντες κατὰ τὴν ἀγορὰν γυμνοὶ οἰκτρῶς C

11 διατίθωνται P

Ioannem consularem patricii Rufini filium cum magnis Scytharum auxiliis eo misit, ac Godilam terrestri itinere ab Ulissipoli ad Cadurium copiarum praefectum. harum adventus fama territi Hunni dilapsi sunt, paxque Bosporo reddita, totoque ei Romani imperaverunt.

Iustinianus porro omnia haereticorum templa Christianis attribuit, Arianorum exocionitarum exceptis. constitutionem quoque edidit de episcopis, dispensatoribus, pupillorum alumnis et peregrinorum hospitibus. ea sanxit ne ius legandi aut heredibus tradendi haberent, praeter haec quae in suis facultatibus habuerant antequam officio isti praeficerentur. qua hora officium iniissent, ab ea non liceret legare quae lucrati essent, sed ea omnia sacrae aedi hereditario iure obtingerent. absolvit etiam cisternam quae erat in medio aulae basilicae Illi, eamque maiorem reddidit. Dagisthei quoque balneum perfecit, ab Anastasio inchoatum.

Anno secundo Esaias Rhodi et Alexander Diospolis Thracicae episcopi aliique multi deprehensi sunt masculorum corruptores. horum aliis veretrum amputari iussit imperator, aliis calamos acutos in meatus genitalium inseri, eosque nudos in forum quasi in triumpho produci. fuerunt et civium ac senatorum multi et pontificum summorum non pauci in eadem culpa; qui castrati, et publice nudi in forum producti misera-

ἐτελεύτησαν. καὶ γενομένου φόβου μεγάλου οἱ λοιποὶ ἐσωφρονίσθησαν. νόμους τε σφοδροὺς κατὰ τῶν ἀσελγαινόντων ἐξέθετο, τοὺς δὲ παλαιοὺς νόμους πάντας ἀνενέωσε, ποιήσας μονόβιβλον, ὃ καὶ Νεαρὰς διατάξεις ἐκάλεσε.

Τῷ δ' αὐτῷ ἔτει, μηνὶ Νοεμβρίῳ κθ', ὥρᾳ τρίτῃ τῆς ἡμέρας, ἔπαθεν ὑπὸ θεομηνίας πάλιν Ἀντιόχεια ἡ μεγάλη μετὰ δύο ἔτη τοῦ πρῴην παθεῖν αὐτήν. ἐγένετο γὰρ σεισμὸς μέγας ἐπὶ ὥραν μίαν καὶ βρυγμὸς ἐκ τοῦ οὐρανοῦ φοβερός, καὶ ἔπεσον D πάντα τὰ κτισθέντα ἕως ἐδάφους καὶ τὰ τείχη. καὶ ἐκ τῶν μὴ πεσόντων παλαιῶν κτισμάτων ἐν τῷ πρώτῳ σεισμῷ κατηνέχθησαν νῦν. καὶ πᾶσα ἡ γενομένη εὐπρέπεια ἐν τῇ πόλει ἔκ τε τῶν τοῦ βασιλέως φιλοτιμιῶν, καὶ ὧν ἐξ ἰδίων οἱ πολῖται ᾠκοδόμησαν, πάντα κατέπεσον. ἀπέθανον δὲ ἐν τῇ πτώσει ταύτῃ καὶ χιλιάδες τέσσαρες λαοῦ καὶ ωο' ἄνδρες. οἱ δὲ σωθέντες ἔφυγον εἰς τὰς ἄλλας πόλεις. γέγονε δὲ καὶ χειμὼν μέγας καὶ βαρύτατος, ὡς λιτανεύειν πάντας ἀνυποδέτους μετ' ὀδυρμῶν πυκνῶν. ἐφάνη δέ τινι θεοσεβεῖ ἀνθρώπῳ ἐν ὁράματι εἰπεῖν πᾶσιν ἵνα ἐπιγράψωσιν εἰς τὰ ὑπέρθυρα αὐτῶν "Χριστὸς μεθ' ἡμῶν, στῆτε." καὶ P 369 τούτου γενομένου ἔστη ἡ ὀργὴ τοῦ θεοῦ. καὶ πάλιν ὁ βασιλεὺς καὶ ἡ Αὐγοῦστα πολλὰ ἐδωρήσαντο χρήματα εἰς ἀνακαινισμὸν τῆς Ἀντιόχου πόλεως, καὶ μετωνόμασαν αὐτὴν Θεούπολιν.

Τούτῳ τῷ ἔτει Σαμαρεῖται καὶ Ἰουδαῖοι ἐν Παλαιστίνῃ βασιλέα τινὰ Ἰουλιανὸν ἔστεψαν, καὶ κατὰ Χριστιανῶν ὅπλα κινή-

biliter perierunt, suoque exemplo reliquos pudicitiam colere docuerunt. tulit Iustinianus acres leges contra impudicos et veteres omnes leges renovatas in unum volumen redegit, quod Novellas Constitutiones inscripsit.

Eodem anno, die penultima Novembris, hora diei 3, rursum ira dei Antiocheam afflixit, biennio post superiorem cladem. exstitit enim terrae motus ingens, totamque duravit horam cum terribili caeli mugitu. ea concussione omnia quae aedificata fuerant, solo aequata sunt, et muri, atque adeo ista quoque tum aedificia corruerunt, quae priore terrae motu non ceciderant. denique quidquid et imperatoria liberalitate et privatim civium sumptibus urbi fuerat ornamenti conciliatum, tunc periit. obruta sunt ruinis hominum milia 4 et 870: reliqui in alias urbes confugerunt. fuit etiam gravissima tempestas, adeo ut universi sine calceis supplicatum sint progressi cum crebris eiulatibus. tunc quidam pie deum colens homo visione admonitus est ut omnibus praeciperet, uti superioribus domorum suorum postibus inscriberent "Christus nobiscum, state." hoc facto ira dei resedit. rursum quoque et imperator et Augusta multum pecuniae largiti sunt ad instaurationem Antiocheae, eique nomen Theopolis indiderunt.

Eodem anno Samaritani et Iudaei in Palaestina quendam Iulianum regia corona ornatum sibi praefecerunt: armisque contra Christianos

σαντες ἁρπαγὰς καὶ φόνους καὶ ἐμπρησμοὺς εἰργάσαντο· οὓς ὁ θεὸς παρέδωκεν εἰς χεῖρας Ἰουστινιανοῦ, καὶ πάντας ἀφανίσας τὸν Ἰουλιανὸν ἀπεκεφάλισε. καὶ μετὰ τὸν διωγμὸν τῶν Ἑλλήνων καὶ πάσης αἱρέσεως, καὶ μετὰ τὸ τεθῆναι δόγμα ἑλληνίζοντας μὴ πολιτεύεσθαι ἢ αἱρετικούς, εἰ μὴ μόνους τοὺς ὀρθοδόξους Χριστιανούς, προθεσμίαν δίδωσι τοῖς τοιούτοις εἰς ἐπιστροφὴν τριῶν B μηνῶν.

Τῷ δ' ἔτει ἐφάνη κομήτης μέγας καὶ φοβερός, εἰς τὸ δυτικὸν μέρος πέμπων ἐπὶ τὰ ἄνω τὰς ἑαυτοῦ ἀκτῖνας, ὃν ἔλεγον λαμπαδίαν· καὶ ἔμεινε λάμπων ἐπὶ ἡμέρας εἴκοσι.

Τῷ ε' ἔτει γέγονεν ἡ ἀνταρσία τοῦ λεγομένου Νίκα, καὶ ἔστεψαν οἱ τῶν δήμων βασιλέα Ὑπάτιον τὸν συγγενῆ Ἀναστασίου τοῦ βασιλέως. ἐκαύθη δὲ πολὺ μέρος τῆς πόλεως, ἥ τε μεγάλη ἐκκλησία καὶ τὰ χαρτῷα αὐτῆς δικαιώματα καὶ ἡ πρόσοδος πᾶσα, ἥ τε ἁγία Εἰρήνη καὶ οἱ ξενῶνες, ὅ τε τοῦ Σαμψὼν καὶ ὁ Εὐβούλου, μετὰ τῶν ἀρρώστων, καὶ τὸ προσκήνιον τῆς βασιλικῆς καὶ C τὸ Αὐγουσταῖον καὶ ἡ χαλκόστεγος τοῦ παλατίου, ἣ ἔκτοτε καὶ νῦν χαλκῆ προσαγορεύεται διὰ τὸ ἐκ χαλκῶν κεράμων κεχρυσωμένων ἐστεγάσθαι αὐτήν. ἐκάησαν δὲ καὶ οἱ δύο ἔμβολοι μέχρι τοῦ φόρου. ὁ δὲ λαὸς καὶ τὸν βασιλέα Ἰουστινιανὸν ἀναθεματίζοντες ἐφύβριζον. ἥτις ἀνταρσία ἐπαύθη διὰ Βελισαρίου καὶ Μούνδου καὶ Ναρσῆ, ἀνελόντων λε' χιλιάδας καὶ αὐτὸν Ὑπάτιον. τότε δὴ ἐνεπρήσθη καὶ τὸ ὀκτάγωνον καὶ τὸ λοετρὸν τοῦ Σεβήρου τὸ

5 εἰ] εἶναι εἰ P

sumptis rapinas caedes et incendia ediderunt. hos Iustinianus a deo sibi in manus traditos occidione delevit, Iulianoque caput amputavit. inde Graecae religionis et aliarum haeresium sectatores persecutus est; et lege lata ne quis Graecae religionis aut haereticus rem publicam gereret, sed Christiani tantum, illis trimestre tempus ad resipiscendum praescripsit.

Anno quarto cometa magnus et terribilis in partem occiduam spectans radiosque suos sursum emittens, quem a facis figura lampadiam vocant, fulsit per dies 20.

Quinto anno seditio fuit, cui a tessera nomen est Nica, id est vince. populus enim diademate insignibat Hypatium Anastasii imperatoris cognatum. conflagravit tunc magna urbis pars, magnum templum, et chartae eius privilegiorum ac redituum, tum sancta Pax, et hospitia peregrinorum a Samsone et Eubulo condita cum ipsis infirmis, prosceniumque regiae, et Augustaeum, et palatii chalcosteges pars; quae ex eo hodieque aerea dicitur, quod tegulis aereis et inauratis erat tecta. bina quoque rostra combusta sunt usque ad forum. populus autem exsecrabatur Iustinianum et contumeliis afficiebat. compescuerunt eam seditionem Belisarius Mundus et Narses, interfectis cum ipso Hypatio milibus hominum 35. tunc et Octagonum incendio est absumptum, et

λεγόμενον Ζεύξιππος, ἐν ᾧ ποικίλη τις ἦν θεωρία καὶ λαμπρότης
τεχνῶν, τῶν τε μαρμάρων καὶ λίθων καὶ ψηφίδων καὶ εἰκόνων
D διὰ χαλκοῦ πεποιημένων τῶν ἀπ' αἰῶνος ἀνδρῶν ἔργα, μόνον τῷ
μὴ παρεῖναι αὐταῖς ψυχὰς τῶν ἐς οὓς ἐγένοντο. εἱστήκει τοι-
γαροῦν μετὰ τῶν ἐξαιρέτων καὶ νοῦν ὑπερβαινόντων τούτων καὶ
Ὅμηρος, ὁποῖος ἦν, συνάγων τὸν νοῦν, τὼ χεῖρε συζεύξας ὑπὸ
τὰ στέρνα. καὶ πώγων αὐτοῦ ἁπλῶς καθεῖτο, θρίξ τε ἐπὶ τῆς
κεφαλῆς ὁμοία ἐν τοῖς ἑκατέρωθεν τοῦ βρέγματος ἀραιουμένη,
τετριχωμένῳ δὲ τῷ προσώπῳ γήρατι καὶ ταῖς ὑπὲρ τοῦ παντὸς
φροντίσι ῥὶς μὲν ἦν μετρίως ἔχουσα πρὸς ἅπαντα, ὄμματα δὲ
συνημμένα τοῖν βλεφάροιν, οἷον καὶ ὁ περὶ αὐτοῦ λόγος ἔχει,
τυφλὸν ἐμφαίνοντα. ἀνεβέβλητο δὲ καὶ τριβώνιον ἐπὶ χιτῶνι,
P 370 καὶ ὅσον εἰς βάσιν ἱμάς τις χαλκοῦς τοῖς ποσὶν ὑπέκειτο. στῆλαι
δὲ ἦσαν ἐκ χαλκοῦ πεποιημέναι τῶν σοφῶν ἁπάντων τῶν ὑψηλῶν
καὶ ποιητῶν καὶ ῥητόρων, καὶ ὅσοι ἐπ' ἀνδρίᾳ ἐγένοντο διαβόητοι.
ᾤχετο τοίνυν σὺν τούτοις καὶ ὁ ἐκ τῶν φώτων τῶν κατὰ τὰς ἑσπέ-
ρας λαμπτήρων ἐπικαλούμενος οἶκος, ἅτε τὸν ὄροφον καὶ αὐτὸς
ἐκ ξύλων ἔχων, ἐν ᾧ αἱ περιουσίαι τῶν ἐμπορευομένων τά τε ση-
ρικὰ καὶ πολυτελῆ καὶ χρυσόπαστα. καὶ πᾶν τὸ κάλλος τῆς πό-
λεως, ὅπερ ὑπὸ τοῦ πρῴην μεγάλου ἐμπρησμοῦ κατελείφθη,
ἀπώλετο. τῷ αὐτῷ ἔτει γέγονεν ἀστέρων δρόμος πολύς, ὥστε
πάντας ἐκπλήττεσθαι καὶ λέγειν ὅτι ἰδοὺ οἱ ἀστέρες πίπτουσι· τί
ἄρα ἔσται οὐκ οἴδαμεν.

balneum Severi quod Zeuxippi nomen gessit, in quo varium inerat spectaculum artiumque splendor. quippe ibi fuerunt omnis aetatis opera ex marmore saxis lapidibus, opere tessellato, et aereae imagines; quibus hoc unum deerat quod animae non inerant eorum quos eae referebant. inter praecipua illa et ingenium superantia opera stabat et Homerus, qualis fuerat, cogitabundus, manibus consertis infra pectus, barba sine cultu demissa: capilli capitis aequales, rari ab utraque sincipitis parte, facies prae senio hirsuta ac curis de universo, nasus ad reliquas partes proportione aequali, oculi palpebris affixi, ita ut caeci formam prae se ferrent, qualem eum fuisse fama fert. supra tunicam palliolo erat amictus, et ad basin infra pedes eius lorum quoddam aeneum erat subiectum. erant porro aeneae columnae omnium sapientia, poesi, arte dicendi, ac fortitudine clarorum virorum. cum his periit etiam domus quae luminarium nocturnorum dicitur, utpote fastigium habens ligneum; in quo opes erant eorum qui sericorum pretiosorumque et auro intextorum vestimentorum exercebant mercaturam. denique omnis urbis decor, qui superiori incendio superfuerat, tunc interiit. eodem anno magnus fuit stellarum discursus, ita ut omnes perterrerentur ac dicerent "ecce stellae cadunt: nescimus quid sit futurum."

Τῷ ϛ' καὶ ζ' ἔτει τὰ τοῦ Βελισαρίου στρατηγήματα κατὰ B *Λιβύην ἐγένοντο, ἅτινα Προκόπιος ὁ Καισαρεὺς ἐν η' βιβλίοις συνεγράψατο. οὗτος τὴν Καρχηδόνα κρατήσας καὶ ἄλλα ἔθνη πολλά, τὸν δὲ Γιλίμερα φυγόντα εἰς Νουμιδίας τὸ ὄρος Παππούαν περιεστοίχισε. καταλιπὼν τε τὸν Φαρὰν εἰς πολιορκίαν ἐκείνου εἰσῆλθεν ἐν Κωνσταντινουπόλει. ὁ δὲ Γιλίμερ ἐλεεινῶς χειμαζόμενος γράφει τῷ Φαράν, ἀξιῶν πεμφθῆναί οἱ ἄρτον καὶ σπόγγον καὶ κιθάραν· παρ' ἐκείνοις γὰρ τοῖς Μαυρουσίοις οὔτε οἶνος οὔτε ἔλαιον οὔτε σῖτος γεωργεῖται, ἀλλὰ κριθὰς καὶ ὀλύρας ὡς ἄλογα ζῷα ἑφθὰ σιτίζονται. ὁ δὲ Φαρὰς διηπόρει περὶ τούτων, ἕως ὁ τὴν ἐπιστολὴν κομίσας ἔφη ὅτι ἄρτον μὲν ἐπιθυμεῖ* C *γεύσασθαι καὶ ἰδεῖν, τὸν σπόγγον δὲ διὰ τὸ τὰ δάκρυα ἀπομάττεσθαι, τὴν δὲ κιθάραν, ὅπως τὰς συμφορὰς αὐτοῦ ἐκτραγῳδοίη. ταῦτα Φαρὰς ἀκούσας, περιαλγήσας τε καὶ τὴν ἀνθρωπίνην τύχην ἐκμυκτηρίσας, πάντα ἐξέπεμψε. πάλιν δὲ ἐξαπέστειλεν ὁ βασιλεὺς τὸν Βελισάριον στρατηγὸν μετὰ πλήθους ἀναριθμήτου καὶ πλοίων καὶ χρυσοῦ πολλοῦ καταπολεμῆσαι Οὐανδήλους καὶ Ἀφρικὴν ἐκπορθῆσαι· ὃς ἀγχινοίᾳ καὶ φρονήσει καὶ ἀνδρίᾳ πάντα ληϊσάμενος, καὶ Γιλίμερ ἐγκρατῆ ποιησάμενος, ἀνήγαγεν ἐν τῇ πόλει μετὰ πλούτου πολλοῦ καὶ ἐθριάμβευσεν ἐν τῷ ἱππικῷ, ὑπατείαν ποιήσας ἐν τῇ πόλει, ὥστε Ἰουστινιανὸν ἀποδεξάμενον ἐν* D *μὲν τῷ ἑνὶ μέρει τοῦ νομίσματος ἑαυτὸν ἐγχαράξαι, ἐν δὲ τῷ ἑτέρῳ Βελισάριον ἔνοπλον, καὶ ἐπιγράψαι "Βελισάριος ἡ δόξα τῶν Ῥωμαίων." ἀλλ' οἷα φθόνος ἐν μεγάλῃ εὐδαιμονίᾳ εἴωθε*

Annis 6 et 7 Belisarius bellum in Africa gessit, quod Procopius Caesariensis octo libris conscripsit. subegit Carthaginem et alios multos populos; Gilimerumque, cum is in montem Numidiae Pappuam confugisset, obsidione circumvenit, relictoque ad eam Phara, Cpolin rediit. Gilimer, cum in hibernis miserrime viveret, a Phara per literas petit ut sibi mittat panem spongiam et citharam. nam apud Maurusios neque vinum neque oleum neque frumentum colitur: hordeum tantum et olyras elixa instar pecorum edunt. Phara animi pendente, tabellarius ostendit Gilimerum cupere panem videre ac gustare, spongia autem ad abstergendas uti lacrimas, citharam requirere ad decantandas suas miserias. haec cum audivisset Pharas, gravi dolore motus ac humanae fortunae ludibria subsannans, omnia illa ei misit. rursus imperator Belisarium ducem mittit cum exercitu ingenti et classe magna et auri vi ad debellandum Vandalos et subigendam Africam. isque calliditate prudentia et fortitudine praeclaris usus, Africam subegit, Gilimerumque in potestatem suam redactum cum magnis opibus Cpolin abduxit. triumphavit in Circo, et consulatum gessit in urbe. adeo autem acceptus fuit Iustiniano, ut is percusso nummo in altera parte se, in altera parte Belisarium armatum effinxerit, cum inscriptione hac "Belisarius Romanorum decus." enimvero invidia, ut solet rebus prosperrime succedentibus in-

ποιεῖν, ὥδινε καὶ ἐς Βελισάριον. διαβληθεὶς γὰρ μετέστη τῆς ἀρχῆς καὶ τῆς δόξης, καὶ Σολομῶν ἀντ' αὐτοῦ στρατηγὸς ἐπέμφθη, ὃς τὰ κτηθέντα Βελισαρίῳ φυλάξαι μὴ δυνηθεὶς τοῖς Οὐανδήλοις πάντων παρεχώρησεν. ἐφέρετο δέ τις λόγος ἐκ παλαιοῦ παρ' αὐτοῖς, ὅτι τὸ τρίτον διώξει τὸ πρότερον καὶ πάλιν τὸ δεύτερον διώξει τὸ τρίτον· Γιζέριχος γὰρ πρῶτος τὸν Βονιφά-
P 371 κιον ἐτρέψατο, ὕστερον δὲ πάλιν Βελισάριος Γιλίμερα. ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ ὁ ἥλιος, ὥσπερ ἡ σελήνη, χωρὶς ἀκτίνων τὴν αἴγλην ἐστύγναζεν ἅπαντα τὸν ἐνιαυτόν, ἐπὶ πλεῖστον δὲ ἐκλείποντι ἐῴκει. ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ οὔτε πόλεμος οὔτε θάνατος ἐπιφερόμενος τοῖς ἀνθρώποις ἐπέλιπε.

Τούτου τῷ β' ἔτει ἀνεκαίνισεν ἐκ θεμελίων Ἰουστινιανὸς τὴν τοῦ θεοῦ μεγάλην ἐκκλησίαν εἰς κάλλος καὶ μέγεθος ὑπὲρ τὸ πρότερον, παραδοὺς καὶ τροπάριον αὐτῇ ὑπ' αὐτοῦ μελισθὲν ψάλλεσθαι "ὁ μονογενὴς υἱὸς καὶ λόγος τοῦ θεοῦ." ἐποίησε δὲ καὶ τὸ ὡρολόγιον τοῦ μιλίου.

B Τῷ η' ἔτει ὁ τῶν Ἰβήρων βασιλεὺς Ζαβαναρζὸς πρὸς Ἰουστινιανὸν τὸν βασιλέα ἦλθεν ἐν Κωνσταντινουπόλει μετὰ τῆς γυναικὸς καὶ τῶν συγκλητικῶν αὐτοῦ, αἰτούμενος σύμμαχος Ῥωμαίων καὶ φίλος γνήσιος γενέσθαι. ὁ δὲ βασιλεὺς τοῦτο ἀποδεξάμενος πολλὰ αὐτῷ τε καὶ τῇ συγκλήτῳ αὐτοῦ ἐφιλοτιμήσατο. καὶ ἡ Αὐγοῦστα δὲ τῇ γυναικὶ αὐτοῦ κόσμια παντοῖα διὰ μαργαριτῶν ἐχαρίσατο, καὶ ἀπέλυσεν αὐτοὺς ἐν εἰρήνῃ εἰς τὴν ἰδίαν βασιλείαν.

sidiari, Belisarium quoque ita adorta est, ut is per calumniam delatus et magistratu et honore sit exutus. missus eius loco Solomon ea quae Belisarius paraverat tueri non valuit, sed omnia Vandalis concessit. apud eos antiquitus hoc ferebatur proverbium: tertius secundum, rursusque secundus tertium persequetur. primus enim Gizerichus Bonifacium fuderat, postea Belisarius Gilimerum. toto anno eo sol lunae instar sine radiis lucem tristem praebuit, plerumque defectum patienti similis. eodemque anno neque bella neque mors hominum intermisit.

Anno secundo Iustinianus ex fundamentis instauravit magnum dei templum, idque maius ac pulchrius priore effecit. carmen quoque a se compositum cantandum tradidit, "unigenitus filius et verbum dei" etc. fecit etiam horologium in miliario.

Octavo anno rex Iberorum Zabanarzus Cpolin ad Iustinianum venit cum uxore et consiliariis suis, petens se inter socios amicosque Romanorum genuinos referri. imperator eum receptum magnis donis affecit, nec non et consiliarios eius: sed et Augusta reginae omnis generis mundum muliebrem ex margaritis confectum donavit. atque ita pacifice domum sunt dimissi.

Τῷ ι' ἔτει Ἀγαπητὸς ὁ ἐπίσκοπος Ῥώμης σύνοδον ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐκρότησε κατὰ τοῦ δυσσεβοῦς Σεβήρου καὶ Ἰουλιανοῦ τοῦ Ἁλικαρνασέως καὶ τῶν λοιπῶν θεοπασχιτῶν· ἐν οἷς καὶ Ἄνθιμος ἐπίσκοπος Κωνσταντινουπόλεως ὁμόφρων αὐτῶν καθῃρέθη, ἐπισκοπήσας μετὰ Ἐπιφάνιον μῆνας δέκα. χειροτο- C νεῖται δὲ ἀντ' αὐτοῦ Μηνᾶς πρεσβύτερος καὶ ξενοδόχος τῶν Σαμψὼν ὑπὸ Ἀγαπητοῦ πάπα Ῥώμης. τελευτᾷ δὲ ὁ Ῥώμης ἐν Κωνσταντινουπόλει, καὶ χειροτονεῖται ἀντ' αὐτοῦ Σίλβεστρος, ζήσας χρόνον ἕνα.

Τῷ ια' ἔτει γέγονε τὰ ἐγκαίνια τῆς μεγάλης ἐκκλησίας, καὶ ἐξῆλθεν ἡ λιτὴ ἀπὸ τῆς ἁγίας ἀναστάσεως μετὰ τοῦ πατριάρχου καὶ τοῦ βασιλέως σὺν τῷ λαῷ. ἀπὸ δὲ τῆς ἡμέρας τῆς καύσεως αὐτῆς μέχρι τῶν ἐγκαινίων ἔτη ε' μῆνες ια' καὶ ἡμέραι ι' παρῆλθον· ἐν γὰρ τῷ ,ϛη' ἔτει ἀπὸ κτίσεως κόσμου, ἰνδικτίωνος ιε', τῇ κγ' τοῦ Φεβρουαρίου μηνός, ὥρᾳ πρώτῃ τῆς ἡμέρας, τὴν τῆς μεγάλης ἐκκλησίας ἀνοικοδομὴν ἤρξατο ποιεῖν Ἰουστινιανός.

Τῷ ιβ' ἔτει ἐξῆλθον οἱ Βούλγαροι εἰς τὴν Μυσίαν καὶ ἠφά- D νισαν τὰς χώρας, καὶ τοὺς στρατιώτας αὐτῶν ἀπέκτειναν. ἀκούσας δὲ ὁ τοῦ Ἰλλυρικοῦ βασιλεὺς Ἀκοὺμ ὁ Οὖννος ἐξῆλθε κατ' αὐτῶν, καὶ μιγεὶς τοῖς Ῥωμαίοις ἔκοψε τοὺς Βουλγάρους εἰς πλῆθος. εἶτα ὡς ἀπὸ νίκης ἀμεριμνήσαντας αὐτοὺς εὑρίσκουσιν ἄλλοι Βούλγαροι, καὶ σφάζουσι λαὸν πολύν, καὶ τὰς κεφαλὰς καὶ τὸν Ἀκοὺμ ἐκράτησαν, καὶ ἐπέστρεψαν εἰς τὴν χώραν αὐτῶν.

Anno decimo Agapetus Romae episcopus Cpoli concilium convocavit contra impium Severum et Iulianum Halicarnassensem aliosque Theopaschitas; inter quos etiam Anthimo episcopo Cpolitano, ut cum ipsis sentienti, adempta dignitas est, cum eam post Epiphanium menses decem tenuisset. suffectus ei est Menas presbyter et hospitii peregrinorum Samsonici praefectus a papa Romae Agapeto. eo papa Cpoli moriente subrogatur Silvester, qui vixit annum unum.

Undecimo anno magnum templum dedicatum est; exivitque processio a templo sanctae Anastasiae cum patriarcha imperatore et populo. a die quo conflagraverat, usque ad dedicationem, elapsi sunt anni 5, menses 11, dies 10. nam anno ab origine mundi 6008, indictione 15, 23 die Februarii mensis, hora prima diei, instaurationem magni templi aggressus est Iustinianus.

Anno duodecimo Bulgari in Mysiam eruperunt, agroque vastato milites interfecerunt. hoc cum inaudivisset Acumus Hunnus Illyrici rex, contra eos cum copiis egressus Romanorum se exercitui coniunxit, magnamque Bulgarorum stragem edidit. victorem inde securum alii Bulgari adorti sunt magnaque caede affecerunt, capitibusque et ipso Acumo

τῷ δὲ αὐτῷ ἔτει παρέλαβεν ὁ Χοσρόης Ἀντιόχειαν τὴν μεγάλην καὶ Ἀπάμειαν καὶ ἑτέρας πόλεις.

P 372 Τῷ τρισκαιδεκάτῳ ἔτει προσερρύη Ῥωμαίοις Μοῦνδος ἐκ γένους τῶν Γηπέδων, υἱὸς Γιεσμοῦ, ῥὴξ τοῦ Σιρμίου· καὶ πολλὰ αὐτὸν φιλοτιμησάμενος ὁ βασιλεὺς καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ, ποιήσας τε αὐτὸν στρατηλάτην τοῦ Ἰλλυρικοῦ, ἀπέλυσεν αὐτόν. καὶ ἐν τῷ παραγενέσθαι αὐτὸν εἰς τὸ Ἰλλυρικὸν ἐξῆλθε κατ' αὐτοῦ πλῆθος Βουλγάρων. καὶ τούτους παντελῶς ἐκνικήσας τὴν κρείττονα αἰχμαλωσίαν εἰς Κωνσταντινούπολιν ἀποστέλλει· οὓς ὁ βασιλεὺς εἰς Ἀρμενίαν καὶ εἰς Λαζικὴν καὶ ἐν λοιποῖς ἔθνεσι κατέσπειρεν. ἔκτοτε βαθεῖα εἰρήνη ἐν τῇ Θρᾴκῃ γέγονε, μηκέτι τολμώντων τῶν Οὔννων περᾶσαι τὸν Δάνουβιν.

B Τῷ ιδ' ἔτει Χοσρόης ὁ τῶν Περσῶν βασιλεὺς τετάρτην εἰσβολὴν εἰς τὴν Ῥωμαίων γῆν ἐποιήσατο. ἐλθὼν δὲ εἰς τὴν Κομαγηνῶν χώραν κατὰ Παλαιστίνης καὶ Ἱεροσολύμων διενοεῖτο χωρεῖν. Ἰουστινιανὸς δὲ τοῦτο μαθὼν Βελισάριον αὖθις ἐκ τῶν ἑσπερίων ἐληλυθότα κατ' αὐτοῦ ἔπεμψεν. ὁ δὲ ἵπποις δημοσίοις ἐπιβὰς τάχει πολλῷ εἰς τὴν Εὐφρατησίαν ἀφίκετο. ἀκούσας δὲ τοὺς τῆς ἀνατολῆς φύλακας καὶ τοὺς στρατηγοὺς ἐν ταῖς πόλεσι καταφυγόντας εἶναι, καὶ αὐτὸν ἐπὶ παραφυλακὴν προσκαλουμένων Ἱεραπόλεως, λίαν τούτους ὁ Βελισάριος κατεμέμψατο, καὶ γράφει οὐ δίκαιον εἶναι μίαν πόλιν φυλάττειν καὶ τοὺς ἐχθροὺς ἀφιέ-
C ναι ἐπὶ τὴν τῶν Ῥωμαίων χώραν μετὰ ἀδικίας βαδίζειν καὶ τὰς τῆς βασιλείας πόλεις λυμαίνεσθαι. "εὖ γὰρ ἴστε ὅτι τὸ μετ' ἀρε-

potiti in suam reversi sunt dicionem. eodem anno Chosroes Antiocheam magnam, Apameam aliasque urbes cepit.

Anno 13 Romanis se coniunxit Mundus Gepida natione, filius Giesmi, regulus Sirmii. quem imperator humanissime cum filio eius tractatum Illyricoque praefectum dimisit. ei in Illyricum venienti multitudo Bulgarorum occurrit, quos ille devicit, melioremque captivorum partem Cpolin misit; qui ab imperatore per Armeniam Lazicam et alias regiones sunt dispersi. exinde alta pax in Thracia fuit, cum porro Hunni Danubium transire non auderent.

Anno 14 Chosroes Persarum rex quartam in Romanorum dicionem impressionem fecit; cumque in Comagenem pervenisset, Palaestinam et Hierosolymam petere statuit. Iustinianus eo cognito Belisarium ex Occidente tum reversum contra eum mittit. is publice dispositis equis usus magna celeritate ad Euphrati vicinam regionem pervenit. ibi cum intellexisset Orientis custodes atque praefectos in urbibus in quas confugerant se continere, et ab iis moneretur custodiendae Hierapoli operam daret, per literas eos acriter obiurgavit: non rectum esse uni urbi tuendae intentum pati ut hostes impune in Romanam dicionem grassentur urbesque imperii vastent. per virtutem interire praestabilius esse

τῆς ἀπολωλέναι τοῦ σεσῶσθαι ἀμαχητὶ δυσκλεῶς ἄμεινον· οὐ γὰρ ἂν σωτηρία τοῦτο κληθείη, ἀλλὰ προδοσία δικαίως. ἥκετε οὖν τάχιστα εἰς Εὔρωπον τὸ χωρίον, οὗ δὴ συλλέξας τὸ στράτευμα ὅλον, ὡς ἂν ὁ θεὸς θέλῃ, ἐλπίδα ἔχω τοὺς πολεμίους ἐργάζεσθαι." καὶ τούτου γενομένου ὁ Χοσρόης τὸ ἐξαίφνης τῆς τοῦ Βελισαρίου παρουσίας ἀκούσας ἐξέστη, καὶ πρόσω μὲν ἐλαύνειν οὐκ ἔγνω, Ἀβανδάζην δὲ τὸν γραμματέα, ἄνδρα συνετόν, πρὸς Βελισάριον ἔπεμψε, τόν τε στρατηγὸν κατασκεψόμενον καὶ τὸ D στρατόπεδον, καὶ τῷ λόγῳ δῆθεν μεμψόμενον ὅτι Ἰουστινιανὸς ὁ βασιλεὺς τοὺς πρέσβεις ἐν Περσίδι οὐκ ἔπεμψε τὴν εἰρήνην πρυτανεύσοντας. ὁ δὲ Βελισάριος μαθὼν τοὺς πρέσβεις ἥκειν, αὐτὸς μὲν ἑξακισχιλίους ἐπιλεξάμενος ἄνδρας εὐμήκεις τε καὶ τῷ σώματι καλοὺς ἄποθεν τοῦ στρατοπέδου κυνηγήσων ἐξῄει, Διογένην δὲ τὸν δορυφόρον καὶ Ἀδούλιον ἄνδρα Ἀρμένιον τὸν ποταμὸν διαβῆναι σὺν ἱππεῦσι χιλίοις ἐκέλευσεν ὡς ψηλαφήσοντας τὴν τοῦ ποταμοῦ διάβασιν. Βελισάριος δὲ ἐπεὶ τὸν πρεσβευτὴν ἐγγὺς ἐρχόμενον ἔγνω, τὸν παπυλεῶνα ἐπήξατο ἐν χωρίῳ ἐρήμῳ, παραδηλῶν ὅτι οὐδεμιᾷ παρασκευῇ ἐνταῦθα ἥκει· τοῖς τε στρατιώταις P 373 ἐπέταξε τῆς μὲν καλύβης ἐφ' ἑκάτερα εἶναι, Θρᾷκάς τε καὶ Ἰλλυριοὺς Γότθους τε καὶ Ἑλούρους, μεθ' οὓς Οὐανδήλους τε καὶ Μαυρουσίους, μὴ εἰς τὸ πεδίον ἐπὶ πλεῖστον ὡς διακονοῦντας ἵστασθαι οὐδ' εἰς ἕνα τόπον, ἀλλὰ βαδίζειν εἱλισσομένους ὡς κυνηγετοῦντας, καὶ παρέργως τῷ δοκεῖν τὸν Χοσρόου πρεσβευτὴν

4 κατεργάζεσθαι?

quam turpiter absque pugnae periculo servari: non enim hoc recte salutem sed proditionem appellari merito posse. nulla ergo mora interposita ad Europum castellum ad se convenirent. ibi se exercitum totum collecturum, et deo confidere hostibus se incommodaturum. his ita factis, Chosroes subito Belisarii adventu audito territus est; ac ulterius procedendi consilio repudiato Abandazem scribam, hominem prudentem, ad Belisarium mittit, qui ducem et exercitum specularetur sub praetextu legationis expostulatum missae, ideo quod Iustinianus legatos pacis sanciendae causa in Persidem non misisset. Belisarius cognito legatos adventare, sex milia virorum statura et forma corporis praestantium delegit, cumque his procul a castris veluti venatum processit. Diogenem porro stipatorem et Adulium Armenium cum mille equis amnem transire iussit; qui se vadum eius explorare simularent. Belisarius ut appropinquare legatum vidit, papilionem in solitudine fixit, significans nullo cum apparatu eo se venisse; militibusque praecepit ut ab utraque tentorii parte essent Thraces et Illyrii, Gotthi et Heruli, Vandali et Maurusii, neque in campum protinus veluti ad ministeria descenderent, neque confertim, sed vagarentur hinc inde velut otiosi, atque venantium spe-

βλέπειν. διεζωσμένοι τε ἐβάδιζον καὶ φαιδροὶ τὰ πρόσωπα, πελέκεις τε καὶ μοναύλους βαστάζοντες. ὁ δὲ Ἀβανδάζης εἰς ὄψιν Βελισαρίῳ ἐλθὼν λυπεῖσθαι τὸν Χοσρόην ἔφασκεν, ὅτι δὴ καθὰ συνέθετο οὐκ ἔπεμψε Ἰουστινιανὸς πρέσβεις πρὸς εἰρήνην, καὶ ἠνάγκασε Χοσρόην κατὰ Ῥωμαίων στρατεύσασθαι. Βελισάριος B δὲ ἀντ' οὐδενὸς τούτους τοὺς λόγους ἐποιεῖτο, τὸν Χοσρόην λέγων αἴτιον εἶναι τοῦ πολέμου· εἰ γὰρ εἰρήνης ἐφίετο, οὐκ ἂν εἰς τὴν Ῥωμαίων γῆν ἀφικόμενος ταύτην ἐζήτει, ἀλλ' εἰς τὴν ἰδίαν χώραν μένων τοὺς πρέσβεις ἐξεδέχετο. καὶ ταῦτα εἰπὼν τὸν πρεσβευτὴν ἀπεπέμψατο. ὁ δὲ πρὸς Χοσρόην ἀφικόμενος ἔφη στρατηγὸν ἑωρακέναι Βελισάριον συνετὸν καὶ ἀνδρεῖον ὑπέραγαν, στρατιώτας δὲ οἵους αὐτὸς ἄλλους οὐπώποτ' εἶδον, ὧν τὴν εὐκοσμίαν ἐθαύμασα. καὶ συνεβούλευσε Χοσρόην μὴ συμπλέκεσθαι εἰς μάχην μετ' αὐτοῦ, ὅπως μὴ ἡττηθέντος αὐτοῦ τὸ πᾶν διαπέσῃ τῆς τῶν Περσῶν βασιλείας, ἐν γῇ Ῥωμαίων ὑπάρχοντος καὶ φυγῆς τόπον C μὴ ἔχοντος. καὶ τὸ νικᾶν αὐτὸν οὐ μέγα· στρατηγὸν γὰρ Ῥωμαίων νικήσειν. ὁ δὲ Χοσρόης τῇ τούτου παραινέσει πεισθεὶς ἀναστρέφειν εὐθὺς ἐπὶ τὰ ἴδια διενοεῖτο· ἐφοβεῖτο γὰρ τὴν διάβασιν τοῦ ποταμοῦ ποιήσασθαι ὡς τῶν Ῥωμαίων ταύτην κατεχόντων. καὶ πρὸς Βελισάριον πέμπει παρακαλῶν τοὺς τὸν ποταμὸν διαβάντας ἀναστεῖλαι, καὶ τούτῳ τὴν πάροδον ἀκωλύτως παρέξειν. Βελισάριος δὲ πρὸς αὐτὸν εὐθὺς πρέσβεις ἔπεμψε, καὶ τοῦτον τῆς ἀναχωρήσεως ἐπῄνεσε, καὶ πρέσβεις ἐκ τοῦ βασιλέως συντόμως ἥκειν διεβεβαιοῦτο, ὅπως τὴν εἰρήνην βραβεύσωσιν.

clem legato exhiberent. cincti incedebant, hilari vultu, gestabantque secures et calamos. Abandanes ut in conspectum Belisarii venit, indignari Chosroem ostendit, quod Iustinianus neglecto pacto legatos de pace non misisset, ipsumque ita ad inferendum Romanis bellum adegisset. Belisarius contra nihili hanc orationem ducere, in Chosroem belli culpam conferre, qui si paci studuisset, domi potius suae legatos operiri quam in Romanorum dicionem irrumpendo eam quaerere debuerit. atque hoc responso legatum dimisit. is ad Chosroem reversus refert visum sibi Belisarium, ducem prudentia ac fortitudine singulari. milites quoque mirabili decore vidisse et compositione. suasitque regi ne cum eo acie congrederetur, ne victus in Romanorum dicione, cum fugae locus non esset, regnum Persicum everteret, praesertim cum etiam victoria de duce Romano non sit valde gloriosa futura. huius monitu persuasus Chosroes statim ad sua redire cogitavit. metuebat autem transire fluvium, cuius vadum Romani tenebant. mittit ergo ad Belisarium, postulans ut eos qui amnem transierant revocaret sibique tutum discessum pararet. vicissim Belisarius missis legatis eius discessum collaudare, ac affirmare mox ab imperatore legatos adfore, qui pacem componant. quod

ἠξίου δὲ Χοσρόης Βελισάριον διὰ τῆς τῶν Ῥωμαίων γῆς τὴν πάροδον ποιήσασθαι ἀκινδύνως· ὁ δὲ Ἰωάννην τὸν Ἐδεσηνόν, ἄνδρα D περιφανέστατον, ὅμηρον τῷ Χοσρόῃ ἀπέστειλε πρὸς τὸ ἀκινδύνως παρελθεῖν αὐτὸν τὴν τῶν Ῥωμαίων χώραν. οἱ δὲ Ῥωμαῖοι Βελισάριον ἐν εὐφημίαις εἶχον μᾶλλον ἐνευδοκιμήσαντα ἐν τούτῳ τῷ ἔργῳ ἢ ὅτε Γιλίμερα δορυάλωτον καὶ Οὐιττίγην τοὺς δύο βασιλεῖς εἰς τὸ Βυζάντιον ἤγαγεν. ἦν γὰρ ὡς ἀληθῶς λόγου τε καὶ ἐπαίνου ἄξιον τὸ γενόμενον· πεφοβημένων γὰρ τῶν Ῥωμαίων καὶ ἐν τοῖς ὀχυρώμασι κρυπτομένων πάντων, Χοσρόου δὲ σὺν στρατῷ μεγάλῳ ἐν μέσῳ γεγονότος τῆς τῶν Ῥωμαίων ἀρχῆς, ἄνδρα ἕνα ἐν τῷ ὀξεῖ δρόμῳ ἐκ Βυζαντίου ἥκοντα ἀπεναντίας τοῦ τῶν Περσῶν βασιλέως στρατοπεδεύσασθαι, Χοσρόην δὲ ἐκ τοῦ ἀπροσδοκήτου τῇ τούτου σοφίᾳ ἐξαπατηθέντα ἄπρακτον εἰς τὰ οἰκεῖα ὑποχωρῆσαι.

Τῷ δ' αὐτῷ ἔτει Τιμοθέου ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας τελευ- P 374 τήσαντος, Σεβῆρος ὁ δυσσεβὴς Ἀντιοχείας μοιχὸς καὶ Ἰουλιανὸς Ἁλικαρνασεὺς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ φυγόντες, περὶ φθαρτοῦ καὶ ἀφθάρτου διενεχθέντες, κατ' ἀλλήλων γεγόνασιν ὡς ἀληθείας ὄντες ἀλλότριοι. καὶ οἱ μὲν Θεοδόσιον οἱ δὲ Γαϊνᾶν προβάλλονται εἰς ἐπίσκοπον Ἀλεξανδρείας. καὶ Γαϊνᾶς μὲν ἐκράτησε τῆς ἐπισκοπῆς ἐνιαυτόν, ὁ δὲ Θεοδόσιος δύο. τούτους δὲ Ἰουστινιανὸς ἤγαγεν εἰς τὸ Βυζάντιον, καὶ ἀπ' ἀλλήλων ἐχώρισε. Παῦλον δέ τινα δοκοῦντα εἶναι ὀρθόδοξον ἐπίσκοπον Ἀλεξανδρείας προεβάλετο· ὃς τὴν μνήμην Σεβήρου τοῦ ἀνιεροῦ ποιήσας ἐξεβλήθη τῆς ἐπισκοπῆς δι'.

autem Chosroes petebat ut sibi per Romanorum dicionem in suam tutum reditum praestaret, Belisarius obsidem eius rei gratia Ioannem Edessenum, virum illustrissimum, mittit. ob haec Romani laudes Belisarii valde praedicarunt, maiorem eo facto gloriam consecutum quam cum Gilimerum bello captum et Vittigem duos reges Cpolin perduxit. ac fuit revera memoratu et laude dignum illud facinus; quod cum et Romani universi metu capti in munitiones se abdidissent, et Chosroes in medio Romanae dicionis magno cum exercitu esset, unus vir celeri cursu Byzantio advectus opponere castra regi Persarum ausus est, suaque sapientia effecit ut Chosroes re inopinata deceptus domum negotio infecto discederet.

Eodem anno cum Timotheus episcopus Alexandreae diem suum obiisset, Severus impius Antiocheae adulter et Iulianus Halicarnassensis, qui Alexandream profugerant, in disputatione de corruptibili et incorruptibili ad dissensionem, cum uterque a veritate esset alienus, prolapsi sunt. itaque alterius pars Gainam alterius Theodosium episcopum Alexandreae delegit. et episcopatum Gainas annum, Theodosius biennium tenuit. hos Iustinianus Byzantium evocatos separavit, et Paulum quendam, qui orthodoxus videbatur, praefecit ei episcopatui. qui cum men-

B ὀργὴν τοῦ βασιλέως, καὶ ἀπελθὼν διέτριβεν εἰς Ἱεροσόλυμα. τούτῳ τῷ ἔτει σεισμὸς ἐγένετο μέγας ἐν Κωνσταντινουπόλει, καὶ ἔπεσον ἐκκλησίαι καὶ οἶκοι καὶ τὸ τεῖχος μάλιστα τὸ κατὰ τὴν χρυσῆν πόρταν, καὶ ἡ λόγχη τοῦ ἀνδριάντος τοῦ φόρου, καὶ ἡ δεξιὰ χεὶρ τοῦ ἀνδριάντος τοῦ Ξηρολόφου.

Τῷ ιε' ἔτει Ἀδὰδ ὁ τῶν Ἀξουμιτῶν βασιλεὺς βουλόμενος πολεμῆσαι μετὰ Δαμιανοῦ τοῦ βασιλέως τῶν Ἑβραίων διὰ τὸ ἀποκτεῖναι τὸν Δαμιανὸν τοὺς Χριστιανοὺς πραγματευτάς, ηὔξατο ὡς ἐὰν νικήσω τὸν Ὁμηρίτην, ἵνα γένωμαι Χριστιανός. καὶ τοῦ πολέμου κροτηθέντος τῇ τοῦ θεοῦ συνεργίᾳ ἐνίκησε τοὺς Ἑβραίους,
C καὶ ἔλαβε ζῶντα αἰχμάλωτον τὸν Δαμιανὸν τὸν βασιλέα αὐτῶν καὶ τὴν χώραν καὶ τὰ βασίλεια αὐτῶν. καὶ εὐχαριστήσας τῷ θεῷ, πέμπει πρὸς τὸν βασιλέα Ἰουστινιανὸν ὡς ἀποστείλῃ αὐτοῖς ἐπισκόπους καὶ κληρικούς. καὶ ἐπίστευσε πᾶσα ἡ χώρα καὶ ἐβαπτίσθη, καὶ ἐγένοντο Χριστιανοί.

Τῷ ις' ἔτει, μηνὶ Σεπτεβρίῳ ς', ἡμέρᾳ α', ἰνδικτίωνι ζ', γέγονε σεισμὸς μέγας εἰς ὅλον τὸν κόσμον, καὶ ἐπτώθη τὸ ἥμισυ τῆς Κυζίκου. ἐπληρώθη δὲ καὶ ὁ χαλκοῦς κίων ὁ μέγας ὁ Αὐγουστίων, καὶ ἀνηνέχθη ἡ στήλη τοῦ Ἰουστινιανοῦ ἔφιππος, κρατοῦσα τῇ μὲν ἀριστερᾷ χειρὶ μῆλον σφαιροειδὲς ὡς τῆς γῆς ἁπάσης αὐτοῦ κυριεύσαντος, τὴν δεξιὰν δὲ ἀνατεταμένην ἔχουσα καὶ οἱονεὶ Πέρσαις διακελευομένην "στῆτε καὶ τῆς Ῥωμαίων γῆς μὴ
D ἐπιβῆτε." ὁ δὲ περὶ αὐτὸν τὸν κίονα χαλκὸς ἅπας κέραμος ἦν

tionem impii Severi fecisset, episcopatu est deiectus ob iram imperatoris, ac Hierosolymis deinde vixit. eo anno Cpoli magnus fuit terrae motus, corrueruntque eo templa et domus, maximeque murus ad auream portam, et lancea statuae in foro, ac dextra manus statuae in Xerolopho.

Anno 15 Adadus Axumitarum rex bellum illaturus Damiano Ebraeorum regi, quod is Christianos negotiatores interfecisset, vovit se Christianum fore, si Homeritas vicisset; et quidem commisso bello vicit eos, auxiliante deo, vivumque regem eorum Damianum in potestatem redegit, potitusque est regno et regia. itaque deo gratias agens mittit ad Iustinianum, ab eoque episcopos et clericos sibi mitti petit. ita tota regio fidem Christianam amplexa est, baptizatique sunt et Christiani facti.

Anno 16 die Septembris 6, prima septimanae, septima indictione, magnus fuit per totum orbem terrae motus, ac corruit dimidium Cyzici. absoluta est etiam magna columna quae vocatur Augustio; eique imposita Iustiniani statua equestris, sinistra manu tenens pomum rotundum, quo indicatur orbis imperium penes ipsum esse: dextram autem intendebat, perinde ac si Persas iuberet subsistere et Romanorum dicionem non inire. iam aes omne quod circa columnam erat, tegulae erant ae-

διάχρυσος, τὴν εἴσοδον τοῦ παλατίου Κωνσταντίνου τοῦ μεγάλου βασιλέως ἐπικαλύπτων, ἥτις καὶ μέχρι τοῦ νῦν χαλκῆ προσαγορεύεται. οὗτος δέ ἐστιν ὁ κίων ὁ λεγόμενος Αὐγουστίων.

Τῷ ιζ' ἔτει ἀνεφάνη τις χαλκεὺς Ἀνδρέας ὀνόματι, ἔχων μεθ' ἑαυτοῦ κύνα ξανθὸν καὶ τυφλόν, ὃς ἐποίει τέρατα. παρεστῶτος γὰρ αὐτῷ ὄχλου, λάθρα τοῦ κυνὸς ἐκομίζετο τὰ τῶν ἑστώτων δακτυλίδια, χρυσᾶ τε καὶ ἀργυρᾶ καὶ σιδηρᾶ, καὶ ἐτίθη εἰς τοὔδαφος περισκέπων αὐτὰ χώματι, καὶ ἐπέτρεπε τὸν κύνα, καὶ ἐλάμβανε καὶ ἐδίδου ἑκάστῳ τὸ ἴδιον. ὁμοίως καὶ διαφόρων P 375
βασιλέων νομίσματα μιγνύμενα ἀπεδίδου κατ' ὄνομα. ἀλλὰ καὶ τῶν παρεστώτων ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν ἀπεδείκνυε τὰς ἐν γαστρὶ ἐχούσας καὶ πόρνους καὶ μοιχοὺς καὶ ἐλεήμονας καὶ κνιπούς· πάντας μετὰ ἀληθείας ἐδείκνυεν. ὅθεν ἔλεγον τὸν κύνα πνεῦμα Πύθωνος ἔχειν.

Τῷ ιη' ἔτει ἐπανέστη ἡ θάλασσα τῇ Θρᾴκῃ ἐπὶ μίλια δ', καὶ ἐκάλυψεν αὐτὴν ἐπὶ τὰ μέρη Ὀδησοῦ καὶ Διονυσιούπολιν καὶ τὸ Ἀφροδίσιον, καὶ πολλοὶ ἐπνίγησαν ἐν τοῖς ὕδασι· καὶ πάλιν τῷ τοῦ θεοῦ προστάγματι ἀποκατέστη ἡ θάλασσα εἰς τοὺς ἰδίους τόπους.

Τῷ ιθ' ἔτει γέγονε λεῖψις σίτου καὶ οἴνου, καὶ χειμὼν πολὺς B
ἐν τῷ Βυζαντίῳ, καὶ διαστροφὴ τοῦ ἁγίου πάσχα, καὶ ἐποίησαν οἱ δῆμοι τὴν ἀπόκρεων μηνὶ Φεβρουαρίῳ δ'. ὁ δὲ βασιλεὺς προσέταξεν ἑτέραν ἑβδομάδα παραθεῖναι κρέας, καὶ πάντων τῶν κρεωπώλων προβαλόντων οὐδεὶς ἠγόρασεν οὐδὲ ἤσθιον. τὸ δὲ

ratae, introitum palatii Constantini magni integentes, qui etiamnum aereus dicitur. columna autem Augustio dicitur.

Anno 17 quidam aeris faber exstitit, Andreas nomine. is canem habebat fulvum ac caecum, qui prodigia edebat. adstante enim turba, faber clam cane adstantium annulos aureos argenteos ac ferreos accipiebat, inque solo deponebat, et ingesta materia tegebat: inde canis iussus unicuilibet suum reddebat. sic etiam diversorum imperatorum nomismata permixta singulatim discernebat. quin etiam turba virorum et mulierum adstante, de ea gravidas, scortatores, adulteros, misericordes sordidosque sine falsitate demonstrabat. itaque dicebant eum Pythonis spiritu praeditum esse.

Anno 18 mare Thraciam eluvione operuit usque ad quattuor miliaria, tectis aqua Odesso Dionysiopoli et Aphrodisio. multique sunt aquis suffocati. inde dei iussu aqua in suum rediit locum.

Anno 19 vini et frumenti fuit penuria, et acris hiems Byzantii, ac sancti Paschatis perversio. coepitque populus abstinere carnibus, die Februarii 4. imperator autem iussit altera septimana carnes proponi; quae cum in omnibus prostarent macellis, nemo tamen emit aut gusta-

πάσχα γέγονε κατὰ τὸ βασιλικὸν πρόσταγμα, καὶ εὑρέθη ὁ λαὸς νηστεύσας ἑβδομάδα περισσήν.

Τῷ κ' ἔτει παρελήφθη ἡ Ῥώμη ὑπὸ τῶν Γότθων, ὁ δὲ πάπας Βιγίλιος ἀνῆλθεν ἐν Κωνσταντινουπόλει. τῷ δ' αὐτῷ ἔτει, τῷ σαββάτῳ τῆς πεντηκοστῆς, ἱππικοῦ γενομένου γέγονε μάχῃ
C *τῶν δύο μερῶν, καὶ ἀποστείλας ὁ βασιλεὺς ἀνεῖλε πολλοὺς ἐξ αὐτῶν.*

Τῷ κα' ἔτει γεγόνασι σεισμοὶ φοβεροὶ καὶ βροχαὶ μεγάλαι. μηνὶ Ἰουλίῳ ια' ἐκοιμήθη ἡ βασιλὶς Θεοδώρα εὐσεβῶς.

Τῷ κβ' ἔτει γεγόνασι βρονταὶ καὶ ἀστραπαὶ ὑπὲρ φύσιν, ὥστε πολλοὺς καθεύδοντας ὑπὸ τῶν ἀστραπῶν βλαβῆναι. τῷ Ἰουλίῳ μηνὶ γέγονε πάλιν συμβολὴ ἐξ ἀμφοτέρων τῶν τοῦ δήμου μερῶν, καὶ ἐμπρησμός, ὃς ἠφάνισε τὰ ἐντυχόντα ἀπὸ τοῦ χαλκοῦ τετραπύλου ἕως τῆς ἐκκλησίας, καὶ ἐγένετο φόνος πολύς. καὶ προκένσου γενομένου ἐν τῷ Ἑβδόμῳ ἀπώλεσαν οἱ βεστιαρῖται τὸ στέμμα τοῦ βασιλέως. καὶ μετὰ μῆνας η' εὑρέθη, ὅπου καὶ ἓν μαργαριτάριον, καὶ ἡ λίθος αὐτοῦ πᾶσα.

D *Τῷ κγ' ἔτει ἀχθέντος ἱππικοῦ πρεσβευτὴς Ἰνδῶν ἦλθεν ἐν Κωνσταντινουπόλει φέρων ἐλέφαντα, ὃς ἐξελθὼν νυκτὸς ἀπὸ τοῦ στάβλου πολλοὺς ἐφόνευσε καὶ ἄλλους ἐκύλλωσε. τῷ δὲ Ἀπριλλίῳ μηνὶ ἱππικοῦ γενομένου συμβολὴ τῶν δήμων πάλιν ἐγένετο, καὶ πολλοὶ ἀπέθανον, καὶ οἶκοι καὶ ἐργαστήρια διηρπάγησαν. τῷ*

vit. cumque iuxta edictum imperatoris celebraretur pascha, deprehensum est populum una amplius quam debebat ieiunasse septimana.

Anno 20 Romam Gotthi ceperunt. Vigilius autem papa Cpolin se contulit. eodem anno, sabbato pentecostae, equestri commisso certamine serio pugnatum est inter partes, et imperator suis missis multos eorum occidit.

Anno 21 concussiones exstiterunt terribiles et imbres magni. 11 Iulii Theodora Augusta pie defuncta est.

Anno 22 tonitrua et fulgura supra modum naturalem fuerunt, adeo ut multi in somnis a fulguribus laesi sint. Iulio mense rursus duae populi partes conflixerunt, incendioque abolita sunt aedificia ab aereo tetrapylo usque ad templum, magnaque caedes facta. cumque processus in Hebdomo fieret, vestiarii coronam imperatoris amiserunt. post menses 8 inventa ea est alicubi cum uno parvo unione et omnibus gemmis.

Anno 23, cum equestre certamen ageretur, legatus Indus Cpolin venit, adduxitque secum elephantum; qui noctu stabulo egressus multos occidit aliosque mutilavit. mense Aprili commisso equestri certamine rursum cives inter se depugnaverunt, multique sunt caesi, domusque et

δὲ Ἰουνίῳ μηνὶ κη΄ γέγονε τὰ ἐγκαίνια τοῦ ναοῦ τῶν ἁγίων ἀποστόλων καὶ ἡ κατάθεσις τῶν ἁγίων λειψάνων Ἀνδρέου Λουκᾶ καὶ Τιμοθέου τῶν ἀποστόλων.

Τῷ κδ΄ ἔτει ἐπέμφθη Ναρσῆς ὁ κουβικουλάριος εἰς Ῥώμην πολεμῆσαι τοῖς Γότθοις· μετὰ γὰρ τὸ κρατῆσαι αὐτὴν Βελισάριον, P 376 *πάλιν ἐπανέστησαν οἱ Γότθοι καὶ ἐκράτησαν αὐτήν. τῇ δὲ θ΄ τοῦ Ἰουλίου μηνὸς ἐγένετο σεισμὸς φοβερὸς ἐν πάσῃ τῇ Παλαιστίνῃ καὶ Ἀραβίᾳ καὶ Μεσοποταμίᾳ καὶ Συρίᾳ καὶ Φοινίκῃ, καὶ ἔπαθον πόλεις πολλαί, καὶ ἀπέθανον ἀνθρώπων πλήθη πολλά. ἐν δὲ τῇ πόλει Βότρυος ἀπεσπάσθη ἐκ τοῦ παρακειμένου τῇ θαλάσσῃ ὄρους τοῦ λεγομένου Λιθοπροσώπου μέρος πολύ, καὶ εἰσήχθη εἰς τὴν θάλασσαν, καὶ ἀπετέλεσε λιμένα μέγαν, ὡς εἰσέρχεσθαι ἐν αὐτῷ πλοῖα πολλὰ παμμεγέθη· πρὸ γὰρ τούτου οὐκ εἶχε λιμένα. ἔφυγε δὲ ἡ θάλασσα εἰς τὸ πέλαγος μίλιον ἕν, καὶ πάλιν τῇ τοῦ θεοῦ κελεύσει ἀποκατέστη. τῷ Αὐγούστῳ μηνὶ ἦλθον* B *ἐπινίκια ἀπὸ Ῥώμης τοῦ Ναρσῆ, ὡς ὅτι ἔσφαξαν οἱ Ῥωμαῖοι τὸν ῥῆγα Τώτιλαν καὶ ἔλαβον τὴν Ῥώμην.*

Τῷ κε΄ ἔτει τῆς βασιλείας Ἰουστινιανοῦ γέγονεν ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ ε΄ σύνοδος τῶν ρξε΄ ἁγίων πατέρων ἐν Κωνσταντινουπόλει, ἐπὶ Βιγιλίου τοῦ ἁγιωτάτου πάπα Ῥώμης, διὰ λιβέλλου τὴν ὀρθὴν πίστιν τηροῦντος· ἧς ἡγοῦντο Εὐτύχιος Κωνσταντινουπόλεως, Ἀπολινάριος Ἀλεξανδρείας καὶ Δόμνος Ἀντιοχείας, τοποτηρητὴς δὲ Εὐτύχιος Ἱεροσολύμων, κατὰ Σεβήρου τοῦ ἀκεφάλου

tabernae direptae. 28 die Iunii dedicatum est templum apostolorum, reliquiaeque Andreae Lucae et Timothei apostolorum depositae.

Anno 24 missus est Narses cubicularius Romam ad debellandum Gotthos. nam post receptam Romam a Belisario Gotthi denuo rebellarant urbemque occuparant. nona Iulii die terribilis motus terrae fuit per universam Palaestinam Arabiam Mesopotamiam Syriam et Phoeniciam, qui multis urbibus damna intulit permultosque mortales perdidit. in urbe quae Botryos (hoc est uvae) dicitur, magna pars montis qui mari adiacet, nomine Lithoprosopos, avulsa in mare decidit magnumque effecit portum, multis magnis navibus recipiendis idoneum, cum ante urbs ea portu caruisset. mare quoque in altum recessit ad mille passus, rursumque dei iussu refluxit. Augusto mense nuntius Roma de victoria Narsetis allatus est, nempe Romanos rege Totila occiso Romam recepisse.

Anno 25 Cpoli actum fuit sacrum quintum Oecumenicum concilium, 165 patribus collectis sub Vigilio sanctissimo Romae papa, qui libello veram fidem asseruit. praefuerunt Eutychius Cpolis, Apollinarius Alexandreae, Domnus Antiocheae episcopi, et vicarius Hierosolymitani. res acta contra impium Severum acephalum. abest hoc concilium a quarto

καὶ δυσσεβοῦς. ἀπέχει δὲ τῆς δ' συνόδου ἔτη ρβ'. ἀλλὰ καὶ κατὰ τοῦ παράφρονος Ὠριγένους καὶ τῶν τὰ ἐκείνου ἀσεβῆ δό- C *γματα διαδεξαμένων, Διδύμου τοῦ ἀπὸ ὀμμάτων καὶ Εὐαγρίου, τῶν πάλαι ἀκμασάντων, καὶ τῶν ἐκτεθέντων παρ' αὐτοῖς κεφαλαίων, ἐν οἷς ἐληρῴδουν προϋπάρχειν τὰς ψυχὰς τῶν σωμάτων, ἐξ Ἑλληνικῶν ὁρμώμενοι δογμάτων τὴν μετεμψύχωσιν δοξαζόντων, τέλος τε τῆς κολάσεως, καὶ τὰ σώματα ἡμῶν μὴ ἀνίστασθαι τὰ αὐτὰ ἐν τῇ ἀναστάσει, καὶ τὴν τῶν δαιμόνων εἰς τὸ ἀρχαῖον ἀποκατάστασιν, τὸν δὲ παράδεισον ἀλληγορούντων, καὶ μὴ γεγενῆσθαι μήτε εἶναι ὑπὸ τοῦ θεοῦ αἰσθητόν, μήτε ἐν σαρκὶ πλασθῆναι τὸν Ἀδάμ. ἅτινα δόγματα ἕως χρόνου τὸ πλέον ἐκρύπτετο, εἰς πλῆθος δὲ ἐπιδιδόντα καὶ πολλοὺς τῆς ἐκκλησίας λυ-* D *μαινόμενα τηνικαῦτα στηλιτευθέντα ἀνεθεματίσθησαν. ἔτι δὲ καὶ κατὰ Θεοδώρου τοῦ Μόψου ἑστίας, διδασκάλου γεγονότος τοῦ Νεστορίου τοῦ Ἰουδαιόφρονος, ἀνεθεμάτισαν μετὰ τῆς λεγομένης Ἴβα ἐπιστολῆς καί τινων συγγραμμάτων Θεοδωρήτου τοῦ ἐπισκόπου Κύρου, συγγραφέντων κατὰ τῶν ιβ' κεφαλαίων τοῦ μακαρίου Κυρίλλου.*

Τὸ δὲ γράμμα τοῦ βασιλέως Ἰουστινιανοῦ πρὸς τὴν ἁγίαν σύνοδον περιέχει οὕτως "περὶ μὲν οὖν Ὠριγένους καὶ τῶν ὁμοφρόνων αὐτοῦ σπουδὴ γέγονεν ἡμῖν, καὶ ἔστιν ἀτάραχον τὴν ἁγίαν τοῦ θεοῦ καὶ ἀποστολικὴν ἐκκλησίαν διαφυλάττεσθαι δίκαιον, καὶ P 377 *τὰ ὁπωσοῦν ἀναφυόμενα τῇ ὀρθοδόξῳ πίστει ἐναντία καταχρίνε-*

14 *κατὰ*] *τὰ?*

annis 111. acta etiam res est contra vaecordem Origenem et eos qui impias eius opiniones sectabantur; quorum fuit Didymus caecus et Evagrius, qui dudum floruerant ac capitula sua ediderant. in his Graecarum opinionum ansa arrepta, quibus animarum in alia atque alia corpora transitus fingitur, nugabantur animas corporibus tempore esse priores, finem suppliciis fore, non iisdem nos resurrecturos corporibus, daemonas in integrum restitutam iri; paradisi vocabulo aliud notari, neque sensilem paradisum fuisse a deo conditum, neque Adamum carnemm fuisse effictum. hae opiniones cum aliquamdiu fere latuissent, tandem in multitudinem eruperunt multosque ecclesiasticos vitiarunt. itaque tunc damnatae et proscriptae sunt. Theodorum quoque Mopsuestiae episcopum, praeceptorem Nestorii eius qui Iudaicis erroribus germana sensit, et Ibae epistolam damnaverunt, et quaedam Theodoriti Cyri episcopi opuscula, conscripta adversus duodecim capitula beati Cyrilli.

Literarum porro Iustiniani ad concilium haec est sententia. "de Origene et iis qui ab eius sunt secta operam dedimus, iustum esse intelligentes ut sanctam dei apostolicamque ecclesiam a turbis securam praestemus, utque ea quae quocumque modo adversa rectae fidei

σθαι. ἐπεὶ τοίνυν διέγνωσται ἡμῖν ὥς τινες ἐν Ἱεροσολύμοις εἰσὶ μοναχοὶ δήπουθεν Πυθαγόρᾳ καὶ Πλάτωνι καὶ Ὠριγένει τῷ Ἀδαμαντίῳ καὶ τῇ τούτων δυσσεβείᾳ καὶ πλάνῃ κατακολουθοῦντες καὶ διδάσκοντες, δεῖν ᾠήθημεν φροντίδα καὶ ζήτησιν ποιήσασθαι περὶ τούτων, ἵνα μὴ τέλεον διὰ τῆς Ἑλληνικῆς καὶ Μανιχαϊκῆς ἀπάτης αὐτῶν πολλοὺς ἀπολέσωσι. λέγουσι γάρ, ἵνα ἐκ τῶν πολλῶν ὀλίγα μνημονεύσωμεν, ὅτι νόες ἦσαν δίχα παντὸς ἀριθμοῦ τε καὶ ὀνόματος, ὡς ἑνάδα πάντων εἶναι τῶν λογικῶν τῇ ταυτότητι τῆς οὐσίας καὶ ἐνεργείας καὶ τῇ δυνάμει τῇ πρὸς τὸν θεὸν λόγον ἑνώσει τε καὶ γνώσει. καὶ ὡς κόρον αὐτῶν λαμβανόντων τῆς B θείας ἀγάπης καὶ θεωρίας, κατὰ ἀναλογίαν τῆς ἐπὶ τὸ χεῖρον ἑκάστου τροπῆς λεπτομερέστερα ἢ καὶ παχύτερα σώματα ἀμφιάσασθαι καὶ ὀνόματα κληρώσασθαι, κἀντεῦθεν τὰς οὐρανίους καὶ λειτουργικὰς ὑποστῆναι δυνάμεις. ἀλλὰ μὴν καὶ ἥλιον καὶ σελήνην καὶ τοὺς ἀστέρας, καὶ αὐτὰ τῆς αὐτῆς τῶν λογικῶν ἑνάδος ὄντα, ἐκ τῆς ἐπὶ τὰ χείρω τροπῆς τοῦτο γεγονέναι ὅπερ εἰσί. τὰ δὲ ἐπὶ πλεῖον τῆς θείας ἀποψυγέντα λογικὰ ψυχὰς ὀνομασθῆναι καὶ σώμασι παχυτέροις τοῖς καθ' ἡμᾶς ἐμβληθῆναι. τὰ δὲ ἐπὶ τὸ ἄκρον τῆς κακίας ἐληλακότα ψυχροῖς καὶ ζοφεροῖς ἐνδεθῆναι C σώμασι, καὶ δαίμονας ὀνομασθῆναι γενόμενα. καὶ ὅτι ἐξ ἀγγελικῆς μὲν καταστάσεως ψυχικὴ γίνεται κατάστασις, ἐκ δὲ τῆς ψυχικῆς δαιμονιώδης τε καὶ ἀνθρωπίνη. ἕνα δὲ μόνον νοῦν ἐκ πάσης τῆς ἑνάδος τῶν λογικῶν ἀκλόνητον μεῖναι καὶ ἀκίνητον τῆς θείας

11 τῆς post χεῖρον P   17 θείας ἀγάπης ἀποψ.?

enascuntur condemnentur. cum ergo compertum habeamus esse Hierosolymis quosdam, monachos nimirum, qui Pythagorae Platonis Origenisque Adamantii impios errores sectentur atque doceant, existimavimus curam et inquisitionem de iis adhibendam, ne ii ad extremum Graecanicis et Manichaicis suis imposturis multos perdant. nam ut de multis pauca commemoremus, mentes aiunt fuisse innumeras et nominis expertes, omniaque ratione praedita unum esse idemque substantia et efficacia, facultateque ad deum et cognitione omnia unita. has mentes, cum amoris ac contemplationis dei satietas eas cepisset pro eo ut quaevis magis minusve in deterius desciverat, vel crassiora vel tenuiora corpora indui atque nomina sortiri, atque inde caelestibus et administris facultatibus esse subiectas. ipsum adeo solem lunam et stellas, cum ipsa quoque in rationali ista unitate essent, mutatione in deterius facta id coepisse esse quod sunt. eas vero mentes in quibus dei amor magis etiam refrixit, animas factas, et crassioribus qualia nostra sunt corporibus immitti. quae vero ad extremum perversitatis venerint, eas frigidis ac caliginosis inseri corporibus, quos daemonas vocant. ex angelico proinde statu animalem, ex animali daemonicum fieri et humanum. de tota autem unitate mentium unam duntaxat perstitisse immotam, neque ab amore et

ἀγάπης καὶ θεωρίας, ὃς καὶ Χριστὸς βασιλεὺς καὶ ἄνθρωπος
γεγονέναι. καὶ ὅτι παντελής ἐστι τῶν σωμάτων ἀναίρεσις, αὐτοῦ
τοῦ κυρίου πρώτου ἀποτιθεμένου τὸ ἴδιον σῶμα καὶ τῶν λοιπῶν
ἁπάντων. καὶ ὅτι ἀνακομίζονται πάλιν ἅπαντες εἰς τὴν αὐτὴν ἑνάδα
καὶ γίνονται νόες, καθὰ καὶ ἐν ᾗ προϋπάρξει ἐτύγχανον, ἀποκαθ-
ισταμένου δηλονότι καὶ αὐτοῦ τοῦ διαβόλου καὶ τῶν λοιπῶν δαι-
D μόνων εἰς τὴν αὐτὴν ἑνάδα, καὶ τῶν ἀσεβῶν καὶ ἀθέων ἀνθρώ-
πων μετὰ τῶν θείων καὶ θεοφόρων ἀνδρῶν καὶ τῶν οὐρανίων
δυνάμεων, καὶ τὴν αὐτὴν ἑξόντων ἕνωσιν πρὸς τὸν θεὸν ὁποίαν
ἔχει καὶ ὁ Χριστός, καθὼς καὶ προϋπῆρχεν, ὡς μηδεμίαν εἶναι
διαφορὰν τῷ Χριστῷ πρὸς τὰ λοιπὰ λογικὰ παντελῶς, οὔτε τῇ
οὐσίᾳ οὔτε τῇ γνώσει οὔτε τῇ δυνάμει οὔτε τῇ ἐνεργείᾳ. ὁ γάρ τοι
Πυθαγόρας ἀρχὴν τῶν πάντων ἔφησεν εἶναι τὴν μονάδα· καὶ
πάλιν Πυθαγόρας καὶ Πλάτων δῆμόν τινα ψυχῶν ἀσωμάτων
εἰπόντες, καὶ τὰς ἁμαρτάδι τινὶ περιπεσούσας τιμωρίας χάριν εἰς
P 378 σώματα καταπέμπεσθαι λέγουσιν. ὅθεν ὁ Πλάτων δέμας τὸ
σῶμα καὶ σῆμα ἐκάλεσεν, ὡς οἱονεὶ τῆς ψυχῆς ἐν τούτῳ δεδεμένης
καὶ τεθαμμένης. εἶτα περὶ τῆς ἐσομένης κρίσεως καὶ ἀνταποδό-
σεως τῶν ψυχῶν αὖθις φησίν ‛ἡ μὲν παιδεραστήσαντος καὶ κακῶς
βιώσαντος μετὰ φιλοσοφίας ψυχὴ τρίτῃ περιόδῳ τῇ χιλιετεῖ ἐᾶται
κολασθῆναι, καὶ οὕτω πτερωθεῖσα τῷ χιλιοστῷ ἔτει ἐκβάλλεται
καὶ ἀπέρχεται· αἱ δὲ ἄλλαι ὁπόταν τόνδε τὸν βίον τελέσωσιν, αἱ
μὲν εἰς τὰ ὑπὸ γῆν δικαιωτήρια ἐλθοῦσαι δίκην ἅμα καὶ λόγον

Anno 12 Priscus rursus Danubium occupat, Slavinorum agros populatur, magnamque imperatori praedam mittit, atque ab eo in hostico hiemare iubetur. eodem anno Philippicus Chrysopoli mansionem deiparae condit, et palatium ad imperatorem eiusque liberos excipiendum. piscinam quoque et hortos facit, et Cpoli domum aedificat, quae ab eo Philippici domus dicitur.

Anno 13 Byzantii in suburbio monstra sunt nata, infans quadrupes et alius biceps. ferunt haec nihil boni portendere urbibus in quibus nascuntur. imperator Prisco munus ducendarum copiarum abrogat, idque fratri suo Petro demandat.

Hic anno 14 Slavinos adortus est, qui captivos ex Romanorum dicione abigebant. ii captivis necatis fugae se dederunt; et Romani paucis eorum captis ad sua redierunt. hoc anno imperator solarium Magnaurae rotundum fecit, et in media aula suam collocavit statuam. atque ibi armamentarium constituit. condidit etiam in loco qui Erii dicitur domum in qua senes morbosi alerentur, quod vivarium sumptuo-

λεγόμενον τοῦ ζωτικοῦ ἐγχόρηγον, διὰ τὸ ὑπὸ τῶν Σθλαβίνων καῆναι ξυλόστεγον ὄν, καὶ πολλὰ ἐν αὐτῷ ἐχορήγησε πρὸς θεραπείαν τῶν λωβῶν ἀδελφῶν.

Τῷ ιε' ἔτει Πέτρος κακῶς ὑπὸ τῶν Σθλαβίνων τὸ στράτευμα ἀφανίσας διαδέχεται ὑπὸ τοῦ βασιλέως, καὶ πάλιν Πρίσκος στρατηγὸς Θρᾴκης ἀποστέλλεται.

Τῷ ις' ἔτει Πέτρος ὁ ἀδελφὸς Μαυρικίου ἔκτισε τὸν ναὸν τῆς ὑπεραγίας θεοτόκου τοῦ Ἀρεοβίνδου. ὁμοίως καὶ Κυριακὸς ὁ πατριάρχης τὰ διακονίσσης, διάδοχος γενόμενος Ἰωάννου τοῦ νηστευτοῦ.

Τῷ ιζ' ἔτει συναθροίσας ὁ χαγάνος τὰς περὶ αὐτὸν δυνάμεις B ἐπὶ τὴν Δαλματίαν ἐχώρησε, καὶ καταλαβὼν τὴν Βάλβην καὶ τὰς περὶ αὐτὴν τεσσαράκοντα πόλεις ταύτας ἐπόρθησεν. ὁ δὲ Πρίσκος ταῦτα μαθὼν Γουνδούην ἐπὶ κατασκοπῇ τῶν πραττομένων ἀπέστειλεν· ὃς καταλαβὼν τοὺς βαρβάρους διὰ δυσβάτων χωρίων βαδίζοντας, περιτυγχάνει δύο ἐξ αὐτῶν τῷ οἴνῳ κεκαρωμένους, οἳ καὶ ἔφασαν δισχιλίοις ὁπλίταις τὴν αἰχμαλωσίαν τὸν χαγάνον παραδεδωκέναι καὶ πρὸς τὰ οἰκεῖα ἀποστεῖλαι. ταῦτα ὁ Γουνδούης μεμαθηκὼς κρύπτεται ἐν μικρᾷ φάραγγι, καὶ ἑωθινὸς ἐπὶ τὰ νῶτα τούτων γενόμενος ἀθρόως πάντας ἀνεῖλε καὶ τὴν αἰχμα- C λωσίαν πρὸς τὸν Πρίσκον ἤγαγεν. ὁ δὲ χαγάνος τὰ τῆς ἀποτυχίας μαθὼν εἰς τὴν ἑαυτοῦ ἐπανέζευξε χώραν, καὶ ὁ Πρίσκος ὑπέστρεψεν εἰς τὰ ἴδια.

Καὶ τῷ ιη' ἔτει λαβὼν τὰς δυνάμεις ἐπὶ τὴν Σιγιδῶνα παρα-

sum dicitur, eo quod a Slavinis crematum id fuerat, quod ligno erat tectum. multos ei suppeditavit sumptus ad sustentandos morbis confectos fratres.

Anno 15 imperator Petrum, quod eius culpa exercitus a Slavinis esset deletus, loco movet, rursusque Priscum cum imperio in Thraciam mittit.

Anno 16 Petrus imperatoris frater aedem deiparae Areobindicam condidit, et Cyriacus, qui Ioanni ieiunatori successit, diaconissae.

Anno 17 contractis suis copiis Chaganus in Dalmatiam profectus Balbam et vicinas circum 40 urbes occupat ac diripit. qua de re certior factus Priscus Gunduem exploratum mittit. is cum in barbaros incidisset per fauces iter facientes, duos ex iis vino obrutos capit; ex iisque discit Chaganum bis mille armatis praedam domum abducendam commisisse. eo cognito in angusta quadam se abdit convalle, ac mane a tergo eos adortus universos interficit, praedamque ad Priscum adducit. Chaganus frustratum se successu sentiens domum abiit. idem et Priscus fecit.

Anno 18 Priscus copias ad Sigidonem ducit. Chaganus vero suo

γίνεται. ὁ δὲ χαγάνος συναθροίσας τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν ἄφνω τῇ Μυσίᾳ ἐφίσταται. τῆς δὲ ἑορτῆς τοῦ πάσχα καταλαβούσης ἀμφότεροι μετ' εἰρήνης ἡσύχασαν· καὶ τῆς ἑορτῆς πληρωθείσης διαχωρίζονται ἀπὸ τῶν Ῥωμαίων οἱ βάρβαροι, καὶ ποικίλου διωγμοῦ ἐξ ἀλλήλων τῶν μερῶν γενομένου πλῆθος Ῥωμαίων τὸ μὲν κατα- D σφάττεται τὸ δὲ αἰχμαλωτίζεται. τότε δὴ ὁ χαγάνος κατὰ Μαυρικίου ὡς αἰτίου τῆς σφαγῆς τοῦ λαοῦ καταβοῶν εἶπε διδόναι τοὺς αἰχμαλώτους ἀνὰ νομίσματος, καὶ πάλιν δύο τοῦ νομίσματος, καὶ πάλιν ἀνὰ κεράτια δ'. ὁ δὲ Μαυρίκιος οὐδὲ οὕτως τούτους ἠθέλησεν ἀγοράσαι. ὅθεν θυμωθεὶς ὁ χαγάνος πάντας ἀπέκτεινεν. ἦσαν δὲ χιλιάδες ιβ', ἀνεβιβάζετο δὲ ἡ τιμὴ αὐτῶν ἀνὰ μιλιαρισίων δύο ͵βϑλγ'. καὶ οὕτως ποιήσας ὁ χαγάνος εἰς τὰ ἴδια ὑπέστρεψε, ν' χιλιάδας ταῖς Ῥωμαίων σπονδαῖς ἐπιθείς. ὁ δὲ στρατὸς ἔπεμψε κατὰ Κομεντιόλου ὡς προδοσίαν ἐν τῷ πολέμῳ ποιήσαντος, ἐν οἷς ἦν καὶ Φωκᾶς, ὃς διαλεγόμενος τῷ βασιλεῖ βριαρῶς τούτῳ ἀντέλεγεν ἐν τῷ Σελεντίῳ. καί τις τῶν πατρικίων P 400 τοῦτον ἐρράπισε καὶ τὸν πώγωνα ἐξέτιλεν, ὁ δὲ βασιλεὺς τοῦτον ἄπρακτον ἀπέλυσεν. ἐκ τούτου καὶ ἡ τοῦ βασιλέως ἐπιβουλὴ ἀρχὴν ἐλάμβανε. κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον ἐν τῇ Αἰγύπτῳ Μηνᾶ τοῦ ἐπάρχου ἐν τῷ Νείλῳ ποταμῷ μετὰ τοῦ λαοῦ πορευομένου, ἐν τόπῳ τῷ ἐπιλεγομένῳ Δέλτα, ἡλίου ἀνίσχοντος ζῷα ἀνθρωπόμορφα ἐν τῷ ποταμῷ ἐφάνησαν, ἀνήρ τε καὶ γυνή· καὶ ὁ μὲν ἀνὴρ εὔστολος, εὔστερνος, καταπληκτικὸς τὴν ὄψιν, ξανθὸς τὴν κόμην, μιξοπόλιος, καὶ μέχρι τῆς ὀσφύος ἐγύμνου τὴν φύσιν,

exercitu collecto repente in Mysiam irruit. solennitas Paschatis interveniens effecit ut utrinque pacati quiescerent. ea finita indutiae quoque dissiluerunt. cumque multis sese mutuo cladibus affecissent, tandem exercitus Romanus partim caesus, reliqui capti sunt. tum Chaganus in Mauricium caedis populi culpam conferens, paratum se ait captivos accepto in singula capita nummo, rursusque binos uno nummo, denique singulos quattuor ceratiis acceptis dimittere. cum ne sic quidem eos redimere vellet Mauricius, iratus Chaganus omnes occidit. fuere autem duodecim milia. aestimabantur, supputatis in singulos duobus miliarisiis, 2933. Chaganus interfectis, ut dixi, captivis Romanorumque tributo adiectis insuper quinquaginta milibus, domum rediit. exercitus porro misit qui Comentiolum proditionis accusarent. ac fuit inter legatos etiam Phocas, qui in Silentio verbis imperatori duriter se opposuit. quidam vero patriciorum depalmavit Phocam, et barbam ei evellit; atque eum imperator re infecta dimisit. hoc initium fuit insidiarum adversus imperatorem. eodem tempore, cum in Aegypto Menas praefectus in Nilo amne iter faceret cum populo in loco qui Delta dicitur, sole oriente in flumine visa sunt animalia specie hominis, mas et femina. mas erat bene compositus, pectore amplo, terribili adspectu, fulvo crine intermixtis canis, usque ad lumbos nudus, ceteras partes aqua tegente.

τὰ δὲ λοιπὰ μέρη τοῦ σώματος τὸ ὕδωρ ἐκάλυπτε. τοῦτον ὁ ἔπαρχος ὅρκοις ἔβαλλε μὴ καταλῦσαι τὴν θεωρίαν, πρὶν ἅπαντας ἐμφορηθῆναι τῆς παραδόξου ταύτης ὁράσεως. ἡ δὲ γυνὴ τούς τε μασθοὺς εἶχε καὶ τὴν ὄψιν λείαν καὶ κόμην βαθεῖαν. καὶ μέχρις B ὥρας θ' πᾶς ὁ λαὸς ἐθαύμασεν, ὁρῶν τὰ ζῷα ταῦτα, καὶ τῇ θ' ἔδυσαν ἐν τῷ ποταμῷ. καὶ ἰδοὺ καὶ κροκοδείλων πλῆθος ἀνεφάνη. ὁ δὲ κροκόδειλος θηρίον ἐστὶν ὁμοῦ καὶ ἰχθὺς μέγας, ἀμφίβιος δέ. καὶ ἡ μὲν χροιὰ τοῦ νώτου αὐτοῦ πέτρᾳ ἔοικε μελαίνῃ, ἡ δὲ γαστὴρ λευκή, πόδες δὲ δ', καὶ οὐρὰ μεγάλη καὶ τραχεῖα· τῆς ῥάχεως γάρ ἐστιν ἑνὸς ὀστέου τελευτή. ἐντέτμηται δὲ ἄνωθεν ὡς αἱ τῶν πριόνων ἀκμαί, καὶ τύπτει ἐν ταὐτῷ καὶ τραυματίζει. ἡ κεφαλὴ δὲ προσηρμοσμένη τοῖς ὤμοις καὶ ἐξισουμένη· καὶ ἐφ' ὅσον μὲν οὐ κέχηνε, θηρίου κεφαλή ἐστιν, ἐπὰν δὲ χάνῃ, ὅλη C γίνεται στόμα μέχρι τῶν ὤμων ποιοῦσα τὸ χάσμα. ζῷον δέ ἐστι μικρὸν ἡ ὕδρις, ἥτις καὶ ὕλλος λέγεται, κυνὸς ἔχουσα μορφήν. αὕτη εἰς πηλὸν κυλισαμένη, ἐπιτηροῦσά τε τὸν κροκόδειλον καθεύδοντα, εἰσπηδᾷ διὰ τοῦ στόματος αὐτοῦ (κεχηνὼς γὰρ ὁ κροκόδειλος καθεύδει) εἰς τὴν γαστέρα τούτου χωροῦσα, καὶ ταύτην διαρρήσσουσα ἐξέρχεται διὰ τῆς ἕδρας ἀπονεκροῦσα αὐτόν.

Τῷ ιθ' ἔτει, τοῦ ἁγίου πάσχα, Σοφία Αὐγοῦστα ἡ γυνὴ Ἰουστίνου, ἅμα Κωνσταντίνᾳ τῇ γυναικὶ Μαυρικίου, στέμμα κατασκευάσασαι ὑπέρτιμον τῷ βασιλεῖ προσήγαγον. ὁ δὲ βασιλεὺς τοῦτο θεασάμενος, ἀπελθὼν ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ τῷ θεῷ τοῦτο D προσήγαγε, κρεμάσας ἐπάνω τῆς ἁγίας τραπέζης. λυθείσης δὲ

hunc praefectus adiuravit ne prius ex conspectu discederet quam omnes eo se tam raro exsaturassent spectaculo. mulier et mammas habebat et laevem faciem ac demissos crines. usque ad nonam horam populus cum admiratione animalia ea spectavit: hora nona fluvium ea subierunt. ecce autem, crocodilorum multitudo apparuit. crocodilus animal est terrestre iuxtaque aquaticum, vasto corpore. dorsum eius saxum nigrum colore refert, venter est albus; pedes habet quattuor, caudam magnam atque asperam: quippe ea finis est spinae dorsi unico osse constantis, ac superne in modum dentium serrae incisa. ferit autem cauda et vulnerat. caput humeris contiguum est, iisque aequatur, et capitis formam tenet, quamdiu non hiat: ubi hiat, totum caput oris loco est et usque ad humeros panditur. aliud animalculum est nomine hydris, quod et hylus dicitur, forma canina. ea hydris luto sese obvolvens, in crocodili dormientis (eam enim opportunitatem captat: crocodilus enim hiat, cum somnum capit) os insilit, et corroso eius ventre, itaque bestia enecata, per anum exit.

Anno 19, die Paschatis, Sophia Augusta uxor Iustini et Constantina uxor Mauricii pretiosam admodum coronam confecerunt ac imperatori obtulerunt. quam cum spectasset imperator, in magnum templum detulit, ibique supra sacram mensam deo dedicans suspendit. pace

τῆς πρὸς τοὺς βαρβάρους εἰρήνης πάλιν ὁ χαγάνος ἐπὶ τὰ Ῥωμαϊκὰ χωρεῖ. τοῖς δὲ τέσσαρσιν αὐτοῦ υἱοῖς παραδοὺς ἑτέρας δυνάμεις παρέστησε φρουρεῖν τὰς διαβάσεις τοῦ Ἴστρου. οἱ δὲ Ῥωμαῖοι σχεδίας ποιήσαντες τὸν ποταμὸν διεπέρασαν· καὶ μετὰ τῶν υἱῶν τοῦ χαγάνου συμβαλὼν ὁ Πρίσκος ἀπὸ πρωῒ ἕως ἑσπέρας, τριακοσίων Ῥωμαίων ἀναιρεθέντων, τέσσαρας χιλιάδας τῶν βαρβάρων ὤλεσε, καὶ τῇ ἐπιούσῃ πάλιν ὀκτὼ χιλιάδας τῶν βαρβάρων ἀνεῖλε. τῇ δὲ τρίτῃ ἐκ τῶν ὑψηλοτέρων οἱ Ῥωμαῖοι πρὸς
P 401 τοὺς βαρβάρους ἐχώρησαν, καὶ τούτους τρέψαντες ἐπὶ τὰ ὕδατα τῆς λίμνης ἤλασαν, πολλοὺς ἐξ αὐτῶν ἀποπνίξαντες, ἐν οἷς καὶ οἱ τοῦ χαγάνου παῖδες ἀπεπνίγησαν, καὶ νίκην οἱ Ῥωμαῖοι περιφανῆ ἀνεδήσαντο. ὁ δὲ χαγάνος πάλιν συναθροίσας δυνάμεις πολλὰς κατὰ Ῥωμαίων ἦλθε. πολέμου δὲ κροτηθέντος τρέπονται οἱ βάρβαροι καὶ νίκην ποιοῦνται Ῥωμαῖοι πασῶν ἐπισημοτέραν. ὁ δὲ Πρίσκος τέσσαρας χιλιάδας συντάξας τὸν Τίσσον ποταμὸν περᾶσαι ἐκέλευσεν εἰς τὸ κατασκοπῆσαι τὰ τῶν βαρβάρων σκηνώματα. οἱ δὲ βάρβαροι μηδὲν τῶν γεγονότων ἐγνωκότες ἑορτάζον-
B τες ἐσυμποσίαζον. τούτοις οἱ Ῥωμαῖοι ἀπροόπτως ἐπεισπεσόντες μέγιστον φόνον εἰργάσαντο· τριάκοντα γὰρ χιλιάδας Γηπέδων καὶ ἑτέρων βαρβάρων ἀπέκτειναν, καὶ πλείστην αἰχμαλωσίαν λαβόντες πρὸς τὸν Πρίσκον ὑπέστρεψαν. ὁ δὲ χαγάνος πάλιν δυνάμεις ἀθροίσας ἐπὶ τὸν Ἴστρον παραγίνεται, καὶ συμβαλόντες πόλεμον ἡττῶνται οἱ βάρβαροι καὶ εἰς τὸν ποταμὸν ἀποπνίγονται. συναπόλλυνται δὲ τούτοις καὶ Σθλαβίνων πλήθη. ζῶντας δὲ ἐκρά-

autem cum barbaris confusa rursum Chaganus fines Romanorum intravit, et quattuor suis filiis exercitus tribuit, quibus transitum Istri custodirent. sed Romani ratibus confectis fluvium transmiserunt; praelioque congressus cum Chagani filiis Priscus, quod ab aurora ad vesperam usque duravit, quattuor barbarorum milia occidit, 300 suorum desideratis. postridie eius diei rursus 8 milia barbarorum interfecit. tertia die Romani de superiore loco in barbaros irruerunt, eosque fusos in paludem compulerunt, multosque ibi suffocarunt, inter quos fuere Chagani etiam filii. illustri victoria tum potitis Romanis, rursum Chaganus magno contracto exercitu adversus eos proficiscitur; quem Priscus congressus pugna fudit, illustrioremque priore victoriam reportavit. idem Priscus quattuor milia instruxit, ac Tissum amnem transire iussit, tentoria barbarorum speculatum. barbari tum eorum quae gesta erant ignari festos dies agebant ac compotabant. itaque eos inopinantes adorti Romani ingenti clade affecerunt: caesis enim 30 milibus Gepidarum aliorumque barbarorum, magna cum praeda ad Priscum sunt reversi. Chaganus denuo reparatis copiis, ad Istrum cum accederet, pugna victus est, barbarique in fluvio submersi, et cum his magna Slavinorum multitudo. vivi in potestatem Romanorum venerunt 3200 Avares, bar-

τησαν Ἄβαρας μὲν ͵γσ', βαρβάρους δὲ ͵β'. ὁ δὲ χαγάνος πρέσβεις πρὸς τὸν βασιλέα ἀπέστειλεν, ἀναλαβέσθαι τοὺς ζωγρηθέντας βουλόμενος. ὁ δὲ Μαυρίκιος μήπω μαθὼν τὴν περιφανῆ τῶν Ῥωμαίων νίκην, γράφει τῷ Πρίσκῳ ἀποδοῦναι τῷ χαγάνῳ τοὺς βαρβάρους C καὶ μόνους.

Τῷ αὐτῷ ἔτει μοναχός τις ἐν ἀσκήσει διαλάμπων, σπάθην γυμνὴν κρατῶν, ἀπὸ τοῦ φόρου μέχρι τῆς χαλκῆς ξιφήρης διαδραμὼν τὸν αὐτοκράτορα τοῖς πᾶσιν ἐν φόνῳ μαχαίρας τεθνήξεσθαι προηγόρευσεν. ὁμοίως καὶ Ἡρωδιανὸς Μαυρικίῳ εἰς τὸ φανερὸν προσανήγγειλε τὰ τούτῳ συμβησόμενα. τότε καὶ οἱ δῆμοι ἄνδρα παρόμοιον τῷ Μαυρικίῳ Μαῦρον, περιβαλόντες σάγον καὶ στέφανον πλέξαντες ἀπὸ σκορόδων καὶ τῇ αὐτοῦ περιθέντες κεφαλῇ, ὄνῳ τε τοῦτον ἐπικαθίσαντες ἔπαιζον, "εὕρηκε" λέγοντες "τὴν δαμάλην ἁπαλήν, καὶ ὡς τὸ καινὸν ἀλεκτόριον πεπήδηκεν αὐτήν, καὶ ἐποίησε παιδία ὡς τὰ ξυλοκώδωνα. ἅγιέ μου, ἅγιε, D δὸς αὐτῷ κατὰ κρανίου, ἵνα μὴ ὑπεραίρηται· κἀγώ σοι τὸν μέγαν βοῦν προσαγάγω εἰς εὐχήν." τοιαῦτα μὲν τὰ παρὰ τοῦ δήμου. καὶ οὐ περιττῶς ὑπεμνηματίσθη, ἀλλ' ἵν' εἰδῶμεν ὡς ἐπειδάν τις παροξύνῃ τὸν δεσπότην, τοῖς αὐτοῦ παίγνιον γίνεται συνδούλοις.

Τῷ εἰκοστῷ ἔτει Θεοδόσιον τὸν υἱὸν αὐτοῦ συνῆψε πρὸς γάμον τῇ θυγατρὶ Γερμανοῦ τοῦ πατρικίου. τῷ αὐτῷ ἔτει Μαυρίκιος ἐν αὐτῷ γενόμενος, καὶ ἐννοήσας ὅτι οὐδὲν τὸν θεὸν λανθάνει ἀλλὰ πᾶσιν ἀποδίδωσι κατὰ ἔργα αὐτῶν, καὶ ἐπιλογισάμε-

11 παρομοιόντα P   22 πατρικίου Xylander pro Μαυρικίου.

bari 2000. Chaganus cum legatos repetundorum captivorum causa misisset, Mauricius nondum accepto tam illustris victoriae nuntio reddi eos iussit.

Eodem anno monachus quidam, cuius vitae exercitatio illustris erat, strictum gladium tenens a foro usque ad aeneam portam procurrit, omnibus praedicens imperatorem gladio occisum iri. sed et Herodianus Mauricio palam, quae ipsi eventura essent, denuntiavit. tunc etiam populus Maurum quendam, hominem Mauricii similem, sago indutum coronaque ex aliis conserta redimitum, in asinum imposuit, ac per iocum et lasciviam acclamavit: "invenit buculam teneram, et sicut novus gallulus insiliit in eam, ac procreavit liberos instar lignearum nolarum. sancte mi, sancte, feri eius caput, ne superbius efferatur: tum ego tibi voti reus bovem offeram." haec populus. quae non otiose rettuli, sed ut intelligamus, ubi quis dominum irritavit, eum ludibrio haberi ab his qui eadem cum ipso condicione serviunt.

Anno 20 Mauricius filio suo Theodosio Germani patricii filiam despondit. eodemque anno in se descendens, ac memoria repetens deum nihil clam esse, eumque pro meritis cuique suis bona aut mala tribuere,

νος τὸ σφάλμα ὃ ἐποίησεν εἰς τὴν αἰχμαλωσίαν, μὴ ἐξαγοράσας αὐτήν, συμφέρειν ἔκρινεν αὐτῷ ἐν τῷ βίῳ τούτῳ ἀπολαβεῖν τὴν
P 402 ἁμαρτίαν καὶ μὴ ἐν τῷ μέλλοντι. καὶ ποιήσας δεήσεις ἐγγράφους ἀπέστειλε πρὸς πάντα πατριάρχην καὶ μοναχὸν εἰς πάντα τὰ μοναστήρια καὶ εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα, ἵνα αἰτήσωνται τὸν θεὸν ἐνταῦθα καὶ μὴ ἐκεῖ τοῦτον κολασθῆναι. ἐσκανδαλίζετο δὲ καὶ εἰς Φιλιππικὸν τὸν γαμβρὸν αὐτοῦ, ὡς τὸ φι ἔχειν εἰς χρηματισμὸν τὸν τοῦτον ἀναιρήσοντα, καίτοι διαφόρως αὐτῷ Φιλιππικοῦ ὀμνυμένου μὴ ἔχειν ἐξ αὐτοῦ φόβον τινά. πάντων οὖν περὶ τούτου εὐχομένων, εἶδεν ὁ Μαυρίκιος ἐν μιᾷ νυκτὶ ὡς εἰς τὴν χαλκῆν πύλην τοῦ παλατίου ἱστάμενον ἑαυτὸν ἔμπροσθεν τῆς εἰκόνος τοῦ σωτῆρος, καὶ λαὸν πολὺν σὺν αὐτῷ τῶν αἰχμαλώτων ἐγκαλούντων.
B καὶ φωνὴ γέγονεν ἐκ τοῦ ἁγίου χαρακτῆρος λέγουσα "δότε Μαυρίκιον." καὶ οἱ δῆθεν ὑπηρέται κρατήσαντες αὐτὸν παρέστησαν ἐν τῷ πορφυρῷ ὀμφαλίῳ τῷ ἐκεῖσε. καὶ φησὶ πρὸς αὐτὸν ἡ θεία φωνή "ποῦ θέλεις ἀποδώσω σοι; ὧδε, ἢ ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι;" ὁ δὲ ἔφη "φιλάνθρωπε δέσποτα, δικαιοκρίτα, ὧδε μᾶλλον, καὶ μὴ ἐν τῷ μέλλοντι." καὶ εὐθέως ἐκέλευσεν ἐκδοθῆναι αὐτόν τε καὶ τὴν γυναῖκα καὶ τὰ τέκνα αὐτοῦ καὶ πᾶσαν τὴν συγγένειαν Φωκᾷ τῷ στρατιώτῃ. διυπνισθεὶς οὖν ἀπέστειλεν εὐθὺς τὸν παρακοιμώμενον αὐτοῦ ἀγαγεῖν Φιλιππικόν· ὃς αὐτῇ τῇ ὥρᾳ ἰδὼν
C τὸν παρακοιμώμενον καὶ τῆς ἑαυτοῦ ζωῆς ἀπογνοὺς ᾐτήσατο κοινωνῆσαι, καὶ οὕτως ἀπῄει πρὸς τὸν βασιλέα, καταλιπὼν τὴν γυ-

tum secum cogitans quam graviter abs se peccatum esset quo tempore captivos redimere noluit, praestare existimavit uti in hoc potius quam in futuro saeculo poenas deo dependeret. itaque deprecationes literis consignatas ad omnes patriarchas et monachos, in omnia monasteria, etiam Hierosolyma misit, ut a deo peterent ut ipsi non in altero sed in hoc saeculo poenas imponeret. quin et in Philippicum impegit, sororis suae maritum, ab eo caedem sibi parari suspicans ex vaticinio quodam, quod percussoris nomen a litera PH ordiri monebat, cum quidem Philippicus insidias omnibus modis eiuraret. ceterum Mauricius, cum pro eo preces passim fierent, quadam nocte in somnis imaginatus est se adstare coram imagine servatoris, in porta palatii aerea, multamque secum turbam captivorum ipsum accusantium: tum vocem de sacra imagine exiisse, quae Mauricium sisti iuberet. ita se a ministris correptum, inque porphyretico ibi umbilico constitutum a divina voce interrogatum fuisse, ubinam sibi rependi vellet. se autem dixisse "domine humanissime, iudex iuste, hic malo quam in altera vita." statimque mandatum fuisse ut cum uxore sua et liberis totaque familia Phocae militi dedatur. experrectus statim accubitorem suum misit qui Philippicum adduceret. qui desperata ob id vita prius communionem sacram expetiit, eaque percepta ad imperatorem abiit, uxorem relinquens, quae

ναῖκα ἐπὶ σάκκου καὶ σποδοῦ θρηνοῦσαν. ἐλθὼν δὲ πρὸς τὸν βασιλέα ἔπεσεν ἐπὶ τοῖς ποσὶν αὐτοῦ. ὁ δὲ βασιλεὺς ἐξελθεῖν ἐκέλευσε τὸν παρακοιμώμενον, καὶ αὐτὸς ἔπεσεν εἰς τοὺς πόδας Φιλιππικοῦ, λέγων "συγχώρησόν μοι, ἀδελφέ, ὅτι ἥμαρτόν σοι πολλά. σὲ γὰρ ὑπενόουν τῇ ζωῇ μου ἐπιβουλεῦσαι· ἀλλὰ νῦν ἔγνων ἀθῷον εἶναι. παρακαλῶ οὖν σε εἰπεῖν μοι εἰ γινώσκεις ἐν τοῖς τάγμασι Φωκᾶν τινὰ στρατιώτην." ὁ δὲ Φιλιππικὸς ἔφη "ἕνα γινώσκω, ὃς πρὸ καιροῦ πεμφθεὶς ἐκ τοῦ στρατοῦ ἀντέλεγε τῷ κράτει σου." καὶ ὁ βασιλεὺς ἔφη "ποίας ἐστὶ γνώμης;" ὁ δὲ ἔφη "δειλὸς καὶ θρασύς." καὶ ὁ βασιλεὺς ἔφη "εἰ δειλός, D καὶ φονεύς," καὶ διηγήσατο ὁ βασιλεὺς τὸ ἐνύπνιον. ὁ δὲ εἶπε "ἴδε, δέσποτα, πῶς οὐ λείπει τὸν θεὸν γράμμα." τῇ δὲ νυκτὶ ἐκείνῃ ἐφάνη ἀστὴρ κομήτης ἐν τῷ οὐρανῷ ὁ λεγόμενος ξιφίας. καὶ τῇ ἐπιούσῃ ἡμέρᾳ ἔφθασεν ὁ ἀποσταλεὶς μαγιστριανός, φέρων ἀπόκρισιν ἐκ τῶν ἁγίων ὅτι ὁ μὲν θεὸς δεξάμενος τὴν μετάνοιάν σου σώζει τὴν ψυχήν σου καὶ μετὰ τῶν ἁγίων κατατάττει σε πανοικί, τῆς δὲ βασιλείας μετὰ ἀτιμίας καὶ κινδύνων ἐκπίπτεις. ταῦτα ἀκούσας Μαυρίκιος μεγάλως τὸν θεὸν ἐδόξαζε. τῷ δὲ Πέτρῳ στρατηγῷ ὄντι γράφει Μαυρίκιος τὸν Ἴστρον διαπεράσαι καὶ ἐν ξένῃ χώρᾳ τὸν λαὸν παραχειμάσαι. ὅπερ ἀκοῦσαν τὸ πλῆ- P 403 θος ἐστασίασε, καὶ προβάλλονται ἔξαρχον Φωκᾶν τὸν κένταρχον, καὶ ἐπὶ ἀσπίδι τοῦτον ὑψώσαντες εὐφήμησαν ἔξαρχον. τοῦτο ὁ Πέτρος ἀκηκοὼς εἰς τὸ Βυζάντιον φεύγει καὶ πάντα ἀναγγέλλει

saccum induta et cinere conspersa eiulabat. ut ad imperatorem venit, se ad pedes eius provolvit. sed imperator, accubitore exire foras iusso, ad Philippici pedes accidit, inquiens "ignosce mihi, frater, atroces, quas tibi intuli, iniurias. suspicabar te vitae meae insidiari: sed nunc te insontem esse cognovi. hortor autem ut dicas mihi, si quem Phocam militem in exercitu nosti." "novi" ait ille "quendam, qui pridem ab exercitu missus cum tua maiestate iurgavit." ac quaerenti quo is esset ingenio, respondit hominem esse timidum ac ferocem. tum imperator "si" inquit "timidus est, homicida est." narravitque Philippico insomnium. "vides ergo," ait ille, "domine, deum nulla litera excidere." ea nocte in caelo visus est cometa, qui a gladii forma Xiphias dicitur. postridie magistrianus, quem ad hoc ablegaverat Mauricius, venit, a sanctis hoc responsum ferens "probat deus resipiscentiam tuam, et animam salute donat, teque cum tota familia inter sanctos reponit: sed imperium cum dedecore et periculis amittes." his auditis Mauricius deum magnopere praedicavit. ceterum Petrum, qui exercitum ductabat, missis literis cum iuberet Istro traiecto in hostico milites in hibernis habere, multitudo ea re cognita seditionem movit; et Phocam centurionem in scutum sublatum ducem exercitus creavit, atque faustis acclamationibus salutavit. quod ubi sensit Petrus, Byzantium elapsus certio-

τῷ βασιλεῖ. ὁ δὲ Μαυρίκιος μεσούσης νυκτὸς ἰδιωτικὴν περιβαλόμενος ἐσθῆτα, εἰς δρόμωνα εἰσελθὼν μετὰ τῆς γυναικὸς καὶ τῶν τέκνων αὐτοῦ ἀποδιδράσκει. λαίλαπος δὲ γεγονυίας μόλις διασώζεται εἰς τὸν ἅγιον Αὐτόνομον. ἐν ταύτῃ δὲ τῇ νυκτὶ ἀρθρῖτις καὶ ποδάγρα ἐπιπίπτει αὐτῷ. οἱ δὲ Πράσινοι ἐξελθόντες εἰς τὸ Ῥήγιον μεγάλαις εὐφημίαις ἐτίμων τὸν τύραννον Φωκᾶν,
B καὶ πείθουσιν αὐτὸν ἐν τῷ Ἑβδόμῳ παραγενέσθαι. ἐξέρχονται οὖν ὅ τε πατριάρχης Κυριακὸς καὶ ἡ σύγκλητος πρὸς αὐτόν, καὶ ἀπαιτεῖ αὐτὸν ὁ πατριάρχης ὁμολογίαν τῆς ὀρθοδόξου πίστεως καὶ τοῦ ἀτάραχον φυλάξαι τὴν ἐκκλησίαν, καὶ ἀναγορεύεται τὸ κακόν, καὶ κύριος τῶν σκήπτρων ὁ τύραννος προχειρίζεται, καὶ κρατεῖ τῆς εὐδαίμονος ἡ συμφορά, καὶ λαμβάνει τὴν ἔναρξιν τὰ μεγάλα τῶν Ῥωμαίων ἀτυχήματα, καὶ ἀναγορεύεται ἐν τῷ ναῷ τοῦ προδρόμου, καὶ μετὰ δύο ἡμέρας ἐπὶ βασιλικῆς ἁμάξης καθεζόμενος εἰς τὰ βασίλεια εἰσέρχεται. τῇ δὲ ε´ ἡμέρᾳ Λεοντὼ τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα ἔστεψεν Αὐγοῦσταν. εἰς δὲ τὸ ἱππικὸν ἀνελ-
C θόντος τοῦ τυράννου, καὶ στάσεως γενομένης περὶ προτιμήσεως τόπου τοῖς μέρεσιν, ἔκραξαν οἱ δῆμοι "ὁ Μαυρίκιος οὐκ ἀπέθανεν ἀλλὰ ζῇ· ἐρωτηθήτω." ὁ δὲ ἀλάστωρ κινεῖται πρὸς τὸν φόνον Μαυρικίου, καὶ ἀποστείλας ἤγαγε τὸν τοιοῦτον εἰς τὸν Εὐτροπίου λιμένα· καὶ προαναιροῦνται οἱ τούτου πέντε ἄρρενες παῖδες ἐπ' ὄψεσιν αὐτοῦ. ὁ δὲ Μαυρίκιος φιλοσοφῶν τῷ δυστυχήματι συνεχῶς ἐπεφθέγγετο "δίκαιος εἶ, κύριε, καὶ δίκαιαι αἱ κρίσεις σου."

rem de ea re imperatorem fecit. ergo Mauricius media nocte habitu privati celocem conscendit cum uxore et liberis, ac urbe profugit; atque orta tempestate aegre ad S. Autonomum salvus delatus est. eademque nocte eum articulorum dolor et podagra corripuere. Prasini vero in Regium egressi magnis gratulationibus tyrannum Phocam honoraverunt, persuaseruntque ut in Hebdomum veniret. eo patriarcha Cyriacus cum senatu exiverunt. et patriarcha ab eo sponsionem exegit, qua confessionem verae fidei stabiliret, affirmaretque se ecclesiam a turbis immunem conservaturum. ita ergo Phocas in Ioannis Baptistae aede imperator renuntiatur, hominique malo et tyranno sceptrum committitur, et calamitas patriae felix imperium occupat; quod initium fuit magnorum, quibus res Romana attrita est, malorum. biduo post Phocas curru imperiali in regiam advectus est, ac quinta die Leontonem uxorem suam corona imposita Augustam nuncupavit. cum autem tyrannus in Circo esset, ac de loci praerogativa inter partes contenderetur, populus in tumultu vociferatus est "interrogetur Mauricius: non enim mortuus est, sed vivit." eo Phocas ad caedem Mauricii excitatus, missis famulis, eum ad portum Eutropii adduci iubet. primo quinque filii masculi patre Mauricio intuente necati sunt. qui in calamitate ista veram adhibens philosophiam, identidem verba haec repetebat "iustus es, domine, et iudicia tua iusta sunt." ita ergo Mauricius epitaphii loco habuit libe-

γίνεται τοίνυν τῶν παίδων ὁ θάνατος τοῦ πατρὸς ἐπιτάφιον, ἐπιδειξαμένου τὴν ἀρετὴν ἐν τῷ μεγέθει τῆς συμφορᾶς· τῆς γὰρ τιθήνης αὐτοῦ κλεψάσης ἕνα τῶν βασιλικῶν παίδων καὶ τὸ ἑαυτῆς ἐπιδούσης εἰς σφαγήν, ὁ Μαυρίκιος οὐ κατεδέξατο, ἀλλὰ τὸ ἴδιον D
ἐπεζήτησε. φασὶ δέ τινες ὅτι τούτου σφαγέντος γάλα σὺν τῷ αἵματι ἔρρευσεν, ὡς πάντας τοὺς ὁρῶντας θρηνῆσαι δεινῶς. οὕτω μὲν οὖν ὁ βασιλεὺς νόμων φύσεως ὑψηλότερος γεγονὼς καὶ αὐτὸς ὑπαλλάττει τὸν βίον. τούτων δὲ τὰς κεφαλὰς ἐν τῷ κάμπῳ τοῦ τριβουναλίου ἔρριψαν. μετὰ δὲ τὸ ἐποζέσαι αὐτάς, ὥρισε τοῖς θέλουσι λαβεῖν αὐτάς· ἃς καὶ τοῖς σώμασιν αὐτῶν προσέμιξαν οἱ φιλόχριστοι, θάψαντες ἐν τῷ ναῷ τοῦ ἁγίου Μάμαντος, πλησίον τῆς ξυλοκίρκου πόρτης. ἐπέγραψαν δὲ τῷ τάφῳ αὐτῶν ἐλεγεῖον τόδε.

ἅδ' ἐγὼ ἡ τριτάλαινα, καὶ ἀμφοτέρων βασιλήων, P 404
Τιβερίου θυγάτηρ Μαυρικίου τε δάμαρ,
ἡ πολύπαις βασίλεια, καὶ ἡ δείξασα λοχείην,
ὡς ἀγαθὸν τελέθει καὶ πολυκοιρανίη,
κεῖμαι σὺν τεκέεσσι καὶ ἡμετέρῳ παρακοίτῃ
δήμου ἀτασθαλίῃ καὶ μανίῃ στρατιῆς.
τῆς Ἑκάβης ἔτλην πολὺ χείρονα, τῆς Ἰοκάστης,
αἲ αἲ τῆς Νιόβης ἔμπνοός εἰμι νέκυς.
ναὶ ναὶ τὸν γενέταν· τί μάτην τὰ νεογνὰ ἔκτειναν,
ἀνθρώπων κακίης μηδὲν ἐπιστάμενα;

rorum caedem. in tanta autem calamitate virtutem suam exseruit: cum enim nutrix unum de regiis pueris suffurata suum pro eo iugulandum exhiberet, non est hoc passus Mauricius, sed suum promi iussit. ac ferunt quidam eo iugulato puero cruori mixtum lac effluxisse de vulnere, quae res luctum omnibus gravem attulerit. tandem ipse quoque Mauricius, cum lege naturae superiorem se gessisset, occisus est. capità eorum in campum iuxta tribunal abiecta cum iam foeterent, tolli Phocas permisit, si quis eam rem curaret. Christiani ergo ea cum truncis humarunt in fano sancti Mamantis, prope portam Xylocercam. sepulcro inscripserunt hanc elegiam:

induperatorum nimis heu miseranda duorum,
uxor Mauricii, filia Tiberii,
quae demonstravi numerosa splendida prole
esse etiam multos utiliter dominos,
hic nunc cum natis sita sum miseroque marito,
stultitia populi, militis et rabie.
deteriora tuli Cisseide sive Iocasta:
sum Niobae spirans (proh dolor) effigies.
sons fuerit genitor: quid natos caedere frustra,
humanae fraudis nescia corda, iuvat?

B ἡμετέροις πετάλοισι κατάσκιος οὐκέτι Ῥώμη·
ῥίζα γὰρ ἐκλάσθη Θρηϊκίοις ἀνέμοις.

ὁ δὲ Φιλιππικὸς ἀποκειράμενος καὶ ἱερωσύνην λαβὼν, ἐν Χρυσουπόλει διατελῶν ἡσύχως ἐτελεύτησεν.

Ἐξ ἐκείνου οὖν τοῦ καιροῦ οὐ διέλιπε τὴν Ῥωμανίαν δυστυχήματα ποικίλα καὶ ἐξαίσια. ὁ γὰρ τῶν Περσῶν βασιλεὺς Χοσρόης τὴν εἰρήνην διέλυσε, καὶ οἱ Ἄβαρες τὴν Θρᾴκην διώλεσαν, καὶ ἄμφω τὰ στρατόπεδα τῶν Ῥωμαίων διεφθάρησαν, ὥστε ὁπηνίκα Ἡράκλειος ἐβασίλευσε καὶ ἐξέτασιν ἐποιήσατο εἰς ἀκρίβειαν τοῦ ὁπλιτικοῦ, ἐκ πάσης τῆς πληθύος τῆς εὑρεθείσης τῷ Μαυ- C ρικίῳ ἐπὶ τῆς τυραννίδος Φωκᾶ οὐχ εὗρε περαιτέρω δύο ἀνδρῶν· οὕτως οἱ τὸν τύραννον προστησάμενοι ἐπὶ αὐτοῦ ἀνηλώθησαν.

Κόσμου ἔτος ,ϛϥε΄, τῆς θείας σαρκώσεως φϥε΄. Φωκᾶς ὁ τύραννος ἐβασίλευσεν ἔτη η΄. οὗτος κεντηρίων ἤτοι κένταρχος, τὴν τοῦ σώματος ἀναδρομὴν μέσος, δύσμορφος, ἐκπληκτικὴν ἔχων τὴν ὄψιν, τὴν τρίχα πυρρίζουσαν, σύνοφρύς τε καὶ τὸ γένειον κειρόμενος, ἔχων οὐλὴν ἐπὶ τῆς παρειᾶς αὐτοῦ, ἥτις ἐν τῷ θυμοῦσθαι αὐτὸν ἐμελαίνετο, οἰνοβαρής, αἱμοχαρὴς καὶ πρὸς γυναῖκας ἐπτοημένος, βριαρὸς καὶ θρασὺς ἐν τῷ φθέγγεσθαι, D ἀσυμπαθὴς καὶ θηριώδης τὸν τρόπον καὶ αἱρετικός. τούτου γυνὴ Λεοντὼ ὁμότροπος αὐτῷ. ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτοῦ πάντα ἐπερίσσευσε τοῖς ἀνθρώποις τὰ κακά, θνῆσις ἀνθρώπων καὶ κτηνῶν

non iam, Roma, meis quaeras sub frondibus umbram:
nam stirpem turbo diffidit Odrysius.

Philippicus tonso capillo sacerdotium iniit Chrysopoli, ibique vitam ad finem usque quietam duxit.

Enimvero ab interitu Mauricii res Romana continentibus atque atrocibus est afflicta calamitatibus. nam et rex Persarum Chosroes pacem rupit, et Avares Thraciam pessumdederunt, et uterque Romanorum exercitus periit. ac usque adeo milites, qui Phocam ad tyrannidem evexerant, sub eo sunt consumpti, ut cum Heraclius imperator creatus accuratam militum recensionem ageret, de universa militum multitudine quos a Mauricio conscriptos Phocas acceperat, tantum duo superfuerint.

Phocas imperium occepit anno mundi 6095, a Christo nato 595, et tenuit per octennium, factus de centurione imperator. statura fuit mediocri, deformis, terribilis aspectu, rubente capillo, superciliis coeuntibus, mento raso, cicatrice in mala notatus, quae ipso irascente denigrabatur; vinosus, mulierosus, sanguinarius, rigidus, in dicendo ferox, a miseratione alienus, moribus feris, haereticus. uxor eius Leonto iisdem fuit moribus praedita. illius aetate omnis generis mala in humanum genus quasi exundarunt. nam et hominum bestiarumque mortua est

πολλὴ καὶ ἀναρίθμητος, ἀφορίαι τῆς γῆς, καὶ λιμοὶ καὶ λοιμοὶ χαλεπώτατοι, καὶ χειμῶνες τηλικοῦτοι ὡς παγῆναι τὴν θάλασσαν καὶ τεθνάναι τοὺς ἰχθύας. ποιήσαντος δὲ αὐτοῦ ἱππικόν, καὶ τῇ ἑσπέρᾳ πολλῷ τῷ οἴνῳ χρησαμένου καὶ βραδεύσαντος ἀνελθεῖν, ἔκραξεν ὁ δῆμος "ἀνάτειλον Φωκᾶ." μὴ ἐξερχομένου δὲ αὐτοῦ τάχιον πρὸς τὴν θέαν ἔφη ὁ δῆμος "πάλιν τὸν οἶνον ἔπιες, πάλιν τὸν νοῦν ἀπώλεσας;" ἐφ' οἷς μανεὶς πολλοὺς ἠκρωτηρίασε καὶ πολλοὺς ἐφόνευσε. τοῦ ὄχλου δὲ πῦρ εἰς τὸ πραιτώριον βαλόν- P 405
τος ἔφυγον πάντες οἱ δέσμιοι. ὁ δὲ αὐτὸς Φωκᾶς κτίζει ἁρμαμέντον τὸ πλησίον τῆς Μαγναύρας, στήσας τὴν στήλην ἐπάνω αὐτοῦ.

Θεοδόσιον δὲ τὸν τοῦ Μαυρικίου υἱόν, ὡς λόγος κρατεῖ, πρὸς Χοσρόην ἀποσταλέντα, ἀποστείλας ὁ Φωκᾶς κατέλαβεν ἐν Νικαίᾳ, καὶ ἐν τῷ Λευκάκτῃ ἐλθόντα ἐκέλευσεν ἀναιρεθῆναι· ὃς καὶ παρεκάλεσε πρότερον μεταλαβεῖν τῶν θείων μυστηρίων, εἶθ' οὕτως ἀναιρεθῆναι. ὡς δὲ μετέλαβεν, εὐχαριστήσας τῷ θεῷ ἔλαβε λίθον ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ τύψας τρίτον εἰς τὸ στῆθος αὐτοῦ ηὔξατο λέγων "κύριε Ἰησοῦ Χριστέ, σὺ ἐπίστασαι ὅτι οὐκ ἠδίκησα ἄνθρωπον ἐπὶ τῆς γῆς. νῦν ὡς κελεύει τὸ κράτος σου, γε- B
νέσθω ἐπ' ἐμοί." καὶ ταῦτα εἰπὼν ἀπετμήθη. οἱ δέ φασιν ὅτι οὗτος ὁ Θεοδόσιος ἀποσταλεὶς παρὰ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ Μαυρικίου πρὸς Χοσρόην τὸν βασιλέα Περσῶν μετὰ γραμμάτων ἀφανὴς γέγονεν.

15 εἶτ' ὄντως P

immensa multitudo; et terra fruges negante fames, tum gravissimae pestes obortae sunt; hiemesque fuerunt adeo saevae ut congelaverit mare ac pisces perierint. cum Phocas Circenses ludos edidisset, ac sub vesperam vino se ingurgitasset, et tardius rediret, clamavit populus "exorere, Phoca." cumque non statim ad spectaculum procederet, vociferati sunt "rursus vinum bibisti, rursus mentem amisisti?" ob quod convicium insania correptus multis membra praecidit, multos necavit. populo autem ignem in praetorium iniiciente, profugerunt omnes vincti. idem Phocas armamentarium exstruxit Magnaurae propinquum, statua supra id collocata.

Fama obtinet Theodosium Mauricii filium ad Chosroen legatum, missis a Phoca ministris Nicaeae captum iussumque necari, cum ad locum cui nomen est Leucactae pervenisset. Theodosium porro petivisse ut priusquam necaretur, divinis impertiri posset mysteriis. quod postquam impetraverit, actis deo gratiis lapidem a terra sustulisse, eoque ter pectus suum percussisse, ita orantem "domine Iesu Christe, tu scis me nulli hominum iniuriam fecisse. nunc ergo mihi eveniat ut tua iubet potentia." haec fato caput fuisse amputatum. alii eum a patre cum literis ad Chosroen Persarum regem missum intercidisse aiunt.

Ἐν Ἀλεξανδρείᾳ καλλιγράφος εὐλαβής, ἐκ παννυχίδος οἴκαδε πορευόμενος μεσούσης νυκτός, ἀκούει ἐκ τῶν βωμῶν τῶν ἀνδριάντων λεγόντων ἀναιρεθῆναι Μαυρίκιον καὶ τὰ τέκνα αὐτοῦ, καὶ πάντα τὰ ἐν Βυζαντίῳ πραχθέντα συμπτώματα. πρωΐας δὲ ἐπανελθὼν τῷ Αὐγουσταλίῳ διηγήσατο. ὁ δὲ παρήγγειλεν αὐτῷ σιωπῆσαι, σημειωσάμενος δὲ τὴν ἡμέραν ἀπεκαραδόκει τὴν ἔκβασιν, ἥτις μετὰ θ' ἡμέρας ἠκούσθη.

C Τῷ β' ἔτει προσῆλθε Φωκᾶς ἐν ταῖς ἑορταῖς, ῥίψας ὑπατείαν πολλήν. Χοσρόης δὲ ὁ βασιλεὺς τῶν Περσῶν δύναμιν πολλὴν κατὰ Ῥωμαίων ἐξαπέστειλε. τοῦ δὲ Γερμανοῦ πληγέντος ἐν τῷ πολέμῳ ἡττῶνται Ῥωμαῖοι, τῇ ι' δὲ ἡμέρᾳ τελευτᾷ Γερμανός. ὁ δὲ Φωκᾶς τῷ χαγάνῳ τὸ πάκτον ἐπαυξήσας, νομίζων ἠρεμεῖν τοὺς βαρβάρους, τὰς δυνάμεις ἀπὸ τῆς Εὐρώπης ἑλὼν ἐπὶ Πέρσας ἀπέστειλεν ὑπὸ Ναρσῇ στρατηγῷ· συμβαλὼν δὲ τοῖς Πέρσαις ἡττᾶται καὶ πλῆθος ἀπόλλυσι πολύ. τοῦτο Φωκᾶς ἀκούσας Δομεντζίολαν τὸν ἀδελφὸν κουροπαλάτην ποιήσας χειροτονεῖ στρατηγόν.

D Τῷ γ' ἔτει πολλὰς τῶν Ῥωμαίων πόλεις οἱ Πέρσαι ἠφάνισαν. ὁ δὲ Δομεντζίολας λόγον δοὺς τῷ Ναρσῇ, καὶ ὅρκοις πολλοῖς πείσας αὐτὸν μηδεμίαν ἀδικίαν παρὰ τοῦ Φωκᾶ ὑπομένειν, ἀπέλυσεν αὐτὸν πρὸς Φωκᾶν. ὁ δὲ Φωκᾶς μὴ φυλάξας τοὺς ὅρκους τοῦτον πυρὶ κατέκαυσεν. ἐν λύπῃ οὖν μεγάλῃ γεγόνασιν οἱ

Porro Alexandreae calligraphus quidam, vir pius, cum ab excubiis nocturnis domum rediret media nocte, audivit simulacra ab altaribus dicentia Mauricium cum liberis esse trucidatum, et quae praeterea Byzantii contigerant. id is summo mane Augustali narravit. qui eum silentio rem tegere iussit, annotatoque die exitum exspectavit, estque de eo die post nono certior factus.

Secundo anno Phocas ad solenne festum progressus in publicum magnam pecuniam in populum sparsit. Chosroes autem magnas copias adversus Romanos misit, et Germano in pugna vulnerato victi sunt Romani. undecima post die moritur Germanus. Phocas vero tributo, quod Chagano pendebat, aliquid addidit, sperans ita barbarum quietarum; copiasque suas ex Europa in Persas misit, Narsete duce. is praelio cum Persis congressus victus est, ingenti cum suorum clade. Phocas nuntio rei eius accepto Domentziolam fratrem curopalatem creat et exercitui praeficit.

Anno tertio Persae multas Romanorum urbes deleverunt. Domentziolas autem Narseti oratione ac praestito iuramento persuasit ut ad Phocam is proficisceretur, promittens eum nulla ab imperatore iniuria affectum iri. sed Phocas Narsetem iuramento violato vivum combussit. magnum hoc Romanis attulit dolorem: nam ita formidolosus

Ῥωμαῖοι, ὅτι φόβον μέγαν εἶχεν εἰς Πέρσας ὁ Ναρσῆς, ὥστε τὰ τέκνα αὐτῶν διὰ τοῦ Ναρσῆ ἐκφοβεῖν.

Τῷ δ' ἔτει ἡ Αὐγοῦστα Κωνσταντῖνα σὺν ταῖς τρισὶ θυγατράσιν αὐτῆς εἰς τὴν ἐκκλησίαν προσφεύγει. πέμπει οὖν ὁ Φωκᾶς P 406 ἐξελθεῖν τὰ γύναια. ὁ δὲ πατριάρχης Κυριακὸς τοῦτο οὐκ ἐπένευσεν, ὅρκοις δὲ βεβαιωθεὶς ὑπὸ τοῦ Φωκᾶ ἐν μοναστηρίῳ ἐγκλείει. τῷ δ' αὐτῷ ἔτει οἱ Πέρσαι παρέλαβον τὸ Δαρὰς καὶ πᾶσαν τὴν Μεσοποταμίαν καὶ Συρίαν, αἰχμαλωσίαν λαβόντες ἧς οὐκ ἦν ἀριθμός. τοῦ πατριάρχου Κυριακοῦ τελευτήσαντος χειροτονεῖται Θωμᾶς διάκονος καὶ σακελλάριος τῆς μεγάλης ἐκκλησίας.

Τῷ ε' ἔτει πολλοὺς φίλους τοῦ Μαυρικίου ὁ τύραννος ἀπέκτεινε καὶ πυρὶ παρέδωκε, τὴν δὲ Κωνσταντῖναν σὺν ταῖς τρισὶ θυγατράσιν αὐτῆς ἐν τῷ μόλῳ Εὐτροπίου, ἔνθα καὶ Μαυρίκιος ἀνῃρέθη, ξίφει ἀπέτεμε, καὶ ἄλλους μὲν τῶν ἐνδόξων τοῦ παλα- B τίου πολλούς, τῶν δὲ κατωτέρω ἀναριθμήτους. τῷ δ' αὐτῷ χρόνῳ οἱ Πέρσαι τὸν Εὐφράτην διαβάντες πᾶσαν τὴν Συρίαν καὶ Παλαιστίνην καὶ Φοινίκην ᾐχμαλώτευσαν.

Τῷ ς' ἔτει Κρίσπος ὁ πατρίκιος μὴ φέρων ὁρᾶν τοὺς ἀδίκους φόνους καὶ τὰ δεινὰ τὰ ὑπὸ τοῦ Φωκᾶ γινόμενα, γράφει πρὸς Ἡράκλειον τὸν πατρίκιον καὶ στρατηγὸν Ἀφρικῆς, ὅπως ἀποστείλῃ Ἡράκλειον τὸν υἱὸν αὐτοῦ καὶ Νικήτην τὸν υἱὸν Γρηγορᾶ πατρίκιον, τὸν ὑποστράτηγον αὐτοῦ, ὅπως ἔλθωσι κατὰ

fuerat Persis Narses, ut pueros ii quoque suos nominando Narsete terrerent.

Anno quarto Constantina Augusta cum tribus suis filiabus in templum profugit. eo mittit Phocas qui evocent mulieres. sed Cyriacus patriarcha id non est passus: iuramento tamen a Phoca accepto eas in monasterium includit. eodem anno Persae Daras ceperunt et totam Mesopotamiam atque Syriam depopulati sunt, innumerabili praeda abacta. vita functo patriarcha Cyriaco subrogatur publicis suffragiis Thomas diaconus et sacellarius magni templi.

Anno quinto Phocas multos Mauricii amicos necavit et cremavit. Constantinam cum tribus filiabus in portu Eutropii, ubi et Mauricius fuerat occisus, capitibus truncavit; multos quoque insignes viros de palatio, et inferioris ordinis innumeros interfecit. eodem tempore Persae Euphratem transgressi ex universa Syria Palaestina et Phoenicia praedas captivosque abduxerunt.

Anno sexto Crispus patricius, iniustas caedes aliaque Phocae facinora intueri non sustinens, scribit ad Heraclium patricium, Africae praesidem, hortaturque ut suum filium Heraclium et Nicetam patricium

τοῦ τυράννου· ἤκουε γὰρ κατ' αὐτοῦ μελετωμένην παρ' αὐτῶν ἀνταρσίαν.

C Τῷ ζ' ἔτει οἱ Πέρσαι ἐξῆλθον σὺν τῷ Καρδαρίγᾳ καὶ παρέλαβον Ἀρμενίαν καὶ Καππαδοκίαν, ἔτρεψαν δὲ καὶ τοὺς Ῥωμαίους. παρέλαβον δὲ καὶ τὴν Γαλατίαν καὶ Παφλαγονίαν, καὶ ἦλθον μέχρι Χαλκήδονος λυμαινόμενοι ἀφειδῶς πᾶσαν ἡλικίαν. καὶ οἱ μὲν Πέρσαι ἔξω τῆς πόλεως ἐτυράννουν, ὁ δὲ Φωκᾶς ἔνδον χείρονα αὐτῶν ἐποίει.

Τῷ η' ἔτει αὐτοῦ ἀτακτήσαντες οἱ Ἀντιοχεῖς Ἑβραῖοι στάσιν ἐποίησαν κατὰ Χριστιανῶν, καὶ ἀποσφάττουσιν Ἀναστάσιον τὸν μέγαν πατριάρχην Ἀντιοχείας, βαλόντες τὴν φύσιν αὐτοῦ ἐν τῷ
D στόματι αὐτοῦ. σὺν αὐτῷ καὶ πολλοὺς τῶν Ἀντιοχέων κατέσφαξαν. ὁ δὲ Φωκᾶς Βόνοσον κόμητα ἀνατολῆς καὶ Κοπανᾶν στρατηλάτην ποιήσας ἀπέστειλεν αὐτοὺς κατ' αὐτῶν· οἷς ἐπελθόντες πολλοὺς ἐφόνευσαν καὶ ἠκρωτηρίασαν καὶ τῆς πόλεως ἐξώρισαν. ὁ δὲ Ἡράκλειος πλοῖα πολλὰ ἐξ Ἀφρικῆς ἐξοπλίσας καὶ στρατὸν τὴν Κωνσταντινούπολιν κατέλαβεν, ἐπιφερόμενος καὶ τὴν ἀχειροποίητον εἰκόνα τοῦ κυρίου καὶ θεοῦ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. καὶ πολέμου συρραγέντος εἰς τὸν λιμένα τῆς Σοφίας μεταξὺ Φωκᾶ καὶ Ἡρακλείου, ἡττηθεὶς ὁ ἀλιτήριος ἔφυγεν εἰς τὰ βασίλεια. Φωτεινὸς δέ τις ὑπὸ Φωκᾶ εἰς τὴν σύζυγον ἀδικηθείς, εἰσελθὼν μετὰ
P 407 στρατιωτῶν εἰς τὰ βασίλεια, ἀτίμως τοῦ θρόνου τοῦτον ἀναστήσας καὶ τῆς βασιλικῆς ἐσθῆτος ἀπογυμνώσας, καὶ μέλανα ἐνδύ-

Gregorae filium, eius legatum, mittat adversus Phocam tyrannum. audiebat enim hos rebellionem moliri.

Anno septimo Persae duce Cardaricha expeditionem fecere, occuparuntque Armeniam et Cappadociam, Romanumque exercitum fuderunt: potiti sunt etiam Galatia et Paphlagonia, et ad Chalcedonem usque progressi sunt, omnia populando. interim Persis foris grassantibus, Phocas rei publicae domi graviora intulit damna.

Anno octavo Ebraei qui Antiocheae degebant, seditionem adversus Christianos moverunt, interfeceruntque Anastasium magnum patriarcham eius urbis, pudendis eius in os ipsius etiam insertis, ac cum eo multos cives trucidaverunt. ibi Phocas Bonosum Orientis comitem, Copanam exercitus ductorem creat, eosque contra Iudaeos mittit. ii magnam Iudaeorum caedem eo delati ediderunt, multis membra extrema amputarunt, et eos urbe expulerunt. interim Heraclius cum magna et armata classe Cpolin appellit, secum ferens etiam servatoris nostri imaginem nullo manus ministerio factam. in portu Sophiae navali praelio commisso inter Heraclium et Phocam, flagitiosus Phocas superatus in regiam confugit. tum Photinus quidam, cuius uxori Phocas stuprum intulerat, in regiam cum militibus irrumpit, Phocam ignominiose solio deiicit, imperatoria veste spoliat, nigraque circumdatum veste et na-

σας καὶ κλοιὰ περιθεὶς, ἄτιμον πρὸς Ἡράκλειον ἀπήγαγεν. ὃν θεασάμενος εἶπεν "οὕτως, ἄθλιε, τὴν πολιτείαν διῴκησας;" ὁ δὲ ἀπεγνωσμένος ὢν ἔφη "σὺ κάλλιον ἔχεις διοικῆσαι." καὶ παρευθὺ κελεύει Ἡράκλειος πρῶτον μὲν τὰς χεῖρας καὶ τοὺς πόδας αὐτοῦ ἐκκοπῆναι, εἶθ' οὕτως τοὺς ὤμους καὶ τὰ αἰδοῖα, ἔπειτα τὴν κεφαλήν. τὸ δὲ καταλειφθὲν σῶμα αὐτοῦ οἱ στρατιῶται λαβόντες ἐν τῇ τοῦ βοὸς ἀγορᾷ ἔκαυσαν. συνέπραττε δὲ τούτοις καὶ Κρίσπος ὁ γαμβρὸς τοῦ Φωκᾶ, ὃν καὶ στρατηγὸν Καππαδοκίας Ἡράκλειος βασιλεύσας ἐποίησεν· ἐκεῖσε δὲ ἀνταρσίαν μελετήσαντα B ἤγαγεν ἐπὶ συγκλήτου, καὶ τὰ πρὸς Ἡράκλειον γενόμενα ἔγγραφα αὐτοῦ κατέχων ὁ βασιλεὺς ἐν τῇ χειρί, κρούσας Κρίσπου τὴν κεφαλὴν μετὰ τοῦ χάρτου, ἔφη "ταλαίπωρε, γαμβρὸν οὐκ ἐποίησας· φίλον ἀληθῶς πῶς ποιήσεις;" ποιεῖ οὖν αὐτὸν κληρικόν, καὶ ἐν τῇ μονῇ τῇ τῆς χώρας περιορίζει, κἀκεῖ τελευτᾷ. μοναχὸς δέ τις ἅγιος ἐπὶ τῶν ἡμερῶν τοῦ Φωκᾶ πρὸς τὸν θεὸν διαδικαζόμενος ἔλεγε "κύριε, διὰ τί τοιοῦτον παράνομον βασιλέα δέδωκας τοῖς Χριστιανοῖς;" καὶ ἦλθεν αὐτῷ φωνὴ ἀοράτως ὅτι χείρονα τούτου οὐχ εὗρον πρὸς τὴν κακίαν τῶν νῦν κατοικούντων ἐν τῇ C πόλει.

Κόσμου ἔτος ,ϛργ', τῆς θείας σαρκώσεως χθ'. Ἡράκλειος βασιλεὺς Ῥωμαίων ἐβασίλευσεν ἔτη λα', στεφθεὶς ὑπὸ Σεργίου πατριάρχου ἐν τῷ εὐκτηρίῳ τοῦ ἁγίου Στεφάνου ἐν τῷ παλατίῳ· ἐστέφθη δὲ ἅμα αὐτῷ καὶ ἡ μεμνηστευμένη αὐτῷ Φαβία ἡ καὶ

mellis inclusum contemptim ad Heraclium deducit. qui ut primum conspexit Phocam, "miser" inquit, "itane rem publicam gubernasti?" at deploratus Phocas respondit "tuum est rectius eam gerere." illico autem Heraclius iubet manus et pedes, mox humeros et pudenda amputari, tandem et caput. trunci quod reliquum fuit, milites in foro Bovis combusserunt. adiuvit Heraclii conatum etiam Crispus gener Phocae, quem imperio potitus Heraclius Cappadociae praesidem fecit. sed cum Crispus ibi seditionem moveret, Heraclius eum in senatum produxit; manuque tenens chartam in qua indicia Prisci insidiarum in Heraclium erant scripta, ea caput Prisci pulsavit, dicens "miser, qui ne socero quidem fidem praestiteris, quid faceres amico?" clericum ergo eum redigit, ac solum vertere iubet, isque in exsilio mortuus est. porro quidam sanctus monachus Phoca imperante deum ad disceptationem provocans, quaesivit cur tam impium Christianis imposuisset imperatorem, audivitque vocem, cum quidem neminem videret, sibi dicentem deteriorem alium inveniri potuisse nullum, ac hoc meruisse Cpolitanorum flagitia.

Anno mundi 6103, Christi incarnati 609, Heraclius imperator factus est Romanorum, imperiumque gessit per annos 31. coronatus est in oratorio Stephani, quod est in palatio, a Sergio patriarcha, simul etiam desponsatae ei Fabiae, cuius in Eudociam mutatum nomen est, corona

Εὐδοκία μετονομασθεῖσα Αὐγοῦστα. οὗτος ὁ Ἡράκλειος ἦν τὴν ἡλικίαν μεσῆλιξ, εὐσθενής, εὔστερνος, εὐόφθαλμος, ὀλίγον ὑπόγλαυκος, ξανθὸς τὴν τρίχα, λευκὸς τὴν χροιάν, ἔχων τὸν πώγωνα πλατὺν καὶ πρὸς μῆκος ἐκκρεμῆ. ὁπηνίκα δὲ πρὸς τὸ τῆς
D βασιλείας ἦλθεν ἀξίωμα, εὐθέως ἐκείρατο τὴν κόμην καὶ τὸ γένειον τῷ βασιλικῷ σχήματι. τούτῳ τῷ ἔτει παρέλαβον οἱ Πέρσαι τὴν Ἀπάμειαν Συρίας καὶ Ἔδεσαν, καὶ ἦλθον ἕως Ἀντιοχείας· οἱ δὲ Ῥωμαῖοι πολεμήσαντες αὐτοῖς ἡττήθησαν, καὶ διωλέσθη πᾶς ὁ λαὸς τῶν Ῥωμαίων πλὴν ὀλίγων.

Τῷ β' ἔτει Ἡρακλείου παρέλαβον οἱ Πέρσαι Καισάρειαν τῆς Καππαδοκίας, καὶ πολλὰς μυριάδας ἐν αὐτῇ ᾐχμαλώτευσαν. παραλαβὼν Ἡράκλειος, καθὰ εἴρηται, τὰ τῆς πολιτείας τῶν Ῥωμαίων πράγματα παραλελυμένα εὗρε· τήν τε γὰρ Εὐρώπην οἱ Ἄβαρες ἠρήμωσαν, καὶ τὴν Ἀσίαν οἱ Πέρσαι πᾶσαν κατέστρεψαν καὶ πόλεις ᾐχμαλώτευσαν. καὶ ταῦτα οὗτος θεώμενος ἐν ἀπορίᾳ ἦν, τί δράσει διαλογιζόμενος.
P 408 τούτῳ τῷ ἔτει ἐτέχθη τῷ βασιλεῖ υἱὸς ἀπὸ Εὐδοκίας, Ἡράκλειος ὁ μικρός, ὁ νέος Κωνσταντῖνος, μηνὶ Μαΐῳ τρίτῃ. τῷ αὐτῷ ἔτει ἐτελεύτησεν Εὐδοκία ἡ Αὐγοῦστα.

Τῷ γ' ἔτει ἐστέφθη Ἐπιφανία ἡ θυγάτηρ Ἡρακλείου καὶ Ἡράκλειος ὁ υἱὸς αὐτοῦ ὁ νέος Κωνσταντῖνος ὑπὸ Σεργίου πατριάρχου. τῷ δ' αὐτῷ ἔτει ἐπεστράτευσαν Σαρακηνοὶ κατὰ Συρίας, καὶ λυμηνάμενοι χωρία ἱκανὰ ὑπέστρεψαν.

Τῷ δ' ἔτει παρέλαβον οἱ Πέρσαι τὴν Δαμασκὸν καὶ ᾐχμα-

et titulo Augustalis indita. fuit Heraclius statura mediocri, robustus, firmo pectore, oculis elegantibus ac nonnihil caesiis, fulvo crine, albus, barba lata atque prolixa. sed imperator factus extemplo comam totondit ac mentum rasit, qui est imperatorum habitus. eo anno Persae occupaverunt Apameam Syriae et Edessam, et usque ad Antiocheam pervenerunt. Romani autem pugna cum iis congressi sunt, ac paucis demptis occidione caesi.

Anno Heraclii secundo Persae ceperunt Caesaream Cappadociae, multaque hominum milia captiva inde abduxerunt. enimvero adeptus imperium Romanum Heraclius res Romanas, ut diximus, labefactatas offendit, cum et Europam Avares vastassent et Asiam Persae subegissent, in servitutem redactis urbibus. qui eum status rerum consilii inopem incertumque animi reddidit. hoc anno Eudocia imperatori filium peperit, Heraclium minorem, qui et Constantinus iunior dicitur, tertia die Maii. eodemque anno Eudocia Augusta decessit.

Anno tertio Sergius patriarcha Epiphaniam filiam et Heraclium filium Heraclii coronavit. eodem anno Saraceni in Syriam cum exercitu profecti magno regioni damno dato domum reverterunt.

Quarto anno Persae Damascum ceperunt et incolas in servitutem

λώτευσαν αὐτήν. ὁ δὲ Ἡράκλειος πρεσβείαν πρὸς Χοσρόην ἀπέστειλε, φήσας αὐτῷ παύσασθαι τοῦ ἐκχέειν αἵματα ἀνθρώπων B ἀνηλεῶς, καὶ ὁρίσαι καὶ λαμβάνειν πάκτα. ὁ δὲ οὐδένα λόγον τούτων ἐποιήσατο. τῷ δ' αὐτῷ ἔτει Ἡράκλειος ἔγημε Μαρτῖναν, καὶ ἀνηγόρευσεν αὐτὴν Αὐγοῦσταν, στέψαντος αὐτὴν Σεργίου τοῦ πατριάρχου.

Τῷ ε' ἔτει παρέλαβον οἱ Πέρσαι τὸν Ἰορδάνην καὶ τὴν Παλαιστίνην καὶ τὴν ἁγίαν πόλιν πολέμῳ, καὶ ἀπέκτειναν ἐν αὐτῇ διὰ χειρῶν τῶν Ἰουδαίων, ὡς φασί τινες, μυριάδας θ'· αὐτοὶ γὰρ ὠνούμενοι τοὺς Χριστιανούς, καθ' ἕκαστος ηὐπόρει, ἀπέκτεινον αὐτούς. Ζαχαρίαν δὲ τὸν πατριάρχην Ἱεροσολύμων καὶ τὰ τίμια ξύλα λαβόντες σὺν αἰχμαλωσίᾳ πολλῇ ἐν Περσίδι ἀπήγαγον. τῷ αὐτῷ ἔτει ἐτέχθη τῷ βασιλεῖ ἀπὸ Μαρτίνας Κωνσταντῖνος ἕτερος, καὶ ἐβαπτίσθη ἐν Βλαχέρναις ὑπὸ Σεργίου πατριάρχου. C

Τῷ ϛ' ἔτει παρέλαβον οἱ Πέρσαι πᾶσαν τὴν Αἴγυπτον καὶ Ἀλεξάνδρειαν καὶ Λιβύην καὶ ἕως Αἰθιοπίας, καὶ λαβόντες αἰχμαλωσίαν πολλὴν καὶ λάφυρα καὶ χρήματα ὑπέστρεψαν. τὴν δὲ Καρχηδόνα μὴ δυνηθέντες παραλαβεῖν, πολιορκητὰς ἐάσαντες, ἀνεχώρησαν.

Τῷ ζ' ἔτει ὑπάτευσε Κωνσταντῖνος Ἡράκλειος, καὶ προεβάλετο Καίσαρα Κωνσταντῖνον τὸν μικρὸν ἴδιον ἀδελφόν, τὸν ἐξ Ἡρακλείου καὶ Μαρτίνας γεννηθέντα.

10 καθ' ὅσον?

redegerunt. Heraclius autem missis legatis Chosroem hortatus est ut finem faceret crudeliter sanguinis hominum fundendi, secumque pactum iceret. sed id Chosroes pro nihilo duxit. eo ipso anno Heraclius Martinam duxit Augustamque salutavit, coronatam a Sergio patriarcha.

Quinto anno Persae Iordane occupato Palaestinam et urbem sanctam vi expugnarunt, et in urbe per Iudaeos interfecerunt ad 90, ut fertur, hominum milia. Iudaei enim quisque pro suis facultatibus Christianos a Persis emerunt atque necaverunt. Zacharias patriarcha Hierosolymitanus et veneranda crucis ligna cum ingenti praeda ac captivorum numero in Persidem sunt abducta. eodem anno Martina Heraclio alium Constantinum peperit, qui in Blachernis est a Sergio patriarcha baptizatus.

Sexto anno Persae universam Aegyptum Alexandream Africamque et omnia ad Aethiopiam usque occupaverunt, ac plurimis abductis captivis, ingenti cum praeda et pecunia domum redierunt, relictis qui Carthaginem frustra a se tentatam obsiderent.

Septimo anno Constantinus Heraclius consul fuit, Caesaremque fecit fratrem suum Constantinum minorem, Heraclii et Martinae filium.

D Τῷ η' ἔτει πάλιν Ἡράκλειος ἀπέστειλεν ἐν Περσίδι πρέσβεις
πρὸς Χοσρόην, αἰτούμενος εἰρήνην. ὁ δὲ Χοσρόης καὶ πάλιν
αὐτὸν ἀπεπέμψατο, εἰπὼν ὅτι οὐ φείσομαι ὑμῶν, ἕως ἂν ἀρνή-
σησθε τὸν ἐσταυρωμένον, ὃν λέγετε θεὸν εἶναι, καὶ προσκυνήσητε
τῷ ἡλίῳ.

Τῷ θ' ἔτει ἐστράτευσαν οἱ Ἄβαρες κατὰ τῆς Θρᾴκης. ἀπο-
στείλας δὲ Ἡράκλειος ᾐτεῖτο εἰρήνην· καὶ συνθεμένου τοῦ χαγάνου
ταύτην ποιεῖν, ἐξῆλθεν ὁ βασιλεὺς ἔξω τοῦ μακροῦ τείχους μετὰ
πολλῆς δορυφορίας βασιλικῆς καὶ δώρων πολλῶν μεγάλων ὑποδέ-
ξασθαι τὸν χαγάνον καὶ λαβεῖν τὰ πιστὰ παρ' αὐτοῦ. ὁ δὲ βάρ-
P 409 βαρος τάς τε συνθήκας ἀθετήσας καὶ τοὺς ὅρκους ἄφνω τυραννι-
κῶς κατὰ τοῦ βασιλέως ἐχώρησεν. ἐκπλαγεὶς δὲ ὁ βασιλεὺς τῷ
ἀπροσδοκήτῳ φυγὰς ἐπὶ τὴν πόλιν ὑπέστρεψε. λαβὼν δὲ ὁ βάρ-
βαρος τήν τε βασιλικὴν ἀποσκευὴν καὶ ὅσους ἠδυνήθη καταλαβεῖν
ὑπέστρεψε, πολλὰ χωρία τῆς Θρᾴκης ληϊσάμενος ἐκ τοῦ ἀπροσ-
δοκήτως ἀπατῆσαι τῇ ἐλπίδι τῆς εἰρήνης.

Τῷ ι' ἔτει Ἡράκλειος πρὸς χαγάνον πρέσβεις ἀπέστειλεν
ἕνεκα περὶ τῶν ὑπ' αὐτοῦ γεγονότων ἀθέσμων, καὶ πάλιν πρὸς
B εἰρήνην προετρέπετο· ἐπιστρατεῦσαι γὰρ διανοούμενος κατὰ Περ-
σίδος εἰρηνεύειν μετὰ τοῦ χαγάνου ἤθελεν, ὃς καὶ αἰδεσθεὶς τὴν
τοῦ βασιλέως ἀγάπην μετανοεῖν ἐπηγγέλλετο καὶ ἀγάπην ποιεῖν·
καὶ στοιχήσαντες πάκτα ὑπέστρεψαν οἱ πρέσβεις μετ' εἰρήνης.

Octavo anno rursus Heraclius legatis in Persidem ad Chosroem missis pacem petiit. Chosroes denuo eos repulit, negans se Romanis velle parcere, nisi crucifixum diffiteantur, quem ipsi deum esse dicant, et nisi adorent solem.

Nono anno Avares in Thraciam cum exercitu venerunt. mittit ergo Heraclius pacem petitum; cumque eam se compositurum Chaganus promitteret, ei extra Longum usque murum occurrit cum magno imperatorio comitatu, magnisque et multis donis Chaganum ad pacem fide ultro citroque data firmandam hortatus est. sed barbarus pactis ac iuramento conculcatis subito hostilem impetum in Heraclium dedit, ita ut re inopinata is perculsus fuga in urbem se receperit. Chaganus impedimentis imperatoris, et quos potuit, hominibus aliquot captis, multa Thraciae oppida spe pacis ab eo ostensae, nihil tale exspectantia, depraedatus domum abiit.

Anno decimo iterum Heraclius ad eum legatos mittit, per quos et contra foedus ab eo facta reprehendit et denuo ad pacem hortatur. nam bellum Persicum animo agitans eius causa cum Chagano cupiebat pacem habere. barbarus humanitatem Heraclii reveritus promisit se facta mutare, atque postmodo pacem culturum. ita legati imperatoris

τούτῳ τῷ ἔτει παρέλαβον οἱ Πέρσαι πολέμῳ [ἀπὸ] Ἀγκύραν Γαλατίας.

Τῷ ια' ἔτει Ἡράκλειος ζῆλον θεῖον ὑπὲρ τῶν Χριστιανῶν ἀναλαβών, μετὰ τῶν Ἀβάρων εἰρηνεύσας, ὡς ἐνόμιζε, μετήνεγκε τὰ στρατεύματα τῆς Εὐρώπης ἐπὶ τὴν Ἀσίαν, καὶ διενοεῖτο τῇ τοῦ θεοῦ συνεργίᾳ κατὰ Περσίδος χωρεῖν.

